annuente ipsam subleuauit ⁊ per aera ad montē prope oppidū videntib⁹ certis pastorib⁹ transuexit. ⁊ vt postmodū fassa fuerat cū aqua sibi deesset ad fundendā in foueā quē moduz vt patebit vbi grandines excitāt obseruāt. ipsa in foueā quā paruā fecerat vrinā loco aq̄ immisit ⁊ cuz digito more suo astante demone monit. et demon subito illuz humorē sursum eleuans grandinē vehementē in lapidib⁹ super chorizantes tantūmodo et oppidanos imisit. Vñ ipsis dispersis et de causa illi⁹ mutuo conferentib⁹ malefica oppidū ingredi tur vnde suspicio magis aggrauatur. At vero cū pastores ea q̄ viderant recitassent suspitio vehemens in violentaz creauit. Vñ capta ⁊ fassa qō ea de causa qz inuitata non fuerat talia ppetrasset ob multis etiam alijs maleficijs ab ea ppetratis incinerata fuit. Et qz publica fama de hmōi transuectōnib⁹ etiam apud vulgares continue volat nō expedit plura ad hoc probandū ō his hic inserere. Tantūmodo hec sufficiāt aduersus illos qui ꝑ hmōi corporales transuectiones aut oīno negant aut q̄ solūmodo imaginarie et fantastice fiant affirmare conant qui vtiq̄ in suo errore si relinquerent parū esset immo nec aduertendū dūmodo in fidei contumeliā ipsoz error non vergeret. Attento aūt q̄ illo errore nō contenti etiā alios inserere ⁊ publicare in maleficarū augmentationē et fidei detrimentū non verent. Dum asserūt q̄ oīa maleficia que eis iuste tanq̄ instrumentꝫ demonū vere et realiter imputant. eis tantūmodo imaginarie et illusorie tāq̄ innoxijs esse imputanda sicuti ⁊ ipsa transuectio fantastica. Vnde ⁊ pluries impune in magnā creatoris cōtumeliā et grauissimū iam ipsoz augmētum remanserūt. Nec argumēta eiuz a principio eis adducta suffragari possunt. Nam primū cum allegant capitulū episcopi. xxvj. q. v. vbi asseritur q̄ tantū fantastice et imaginarie transferant. quis tam insipiens qui velit concludere q̄ non possint etiam corporaliter transferri. Sicut em̄ ex fine illi⁹ capituli vbi ponit: q̄ qui credit posse hominē in melius vel in deterius transmutari aut in aliam speciem transformari. Infideli ⁊ pagano dererioz sit cēsendus. qs posset concludere q̄ nō possent homines in bestias prestigiosa illusione transformari aut etiā de sanitate infirmitates tanq̄ a melioꝛi in deterius transmutari. Jam talis q̄ sic i corrice verboꝛ canonis laboraret. vtiq̄ ꝫmentē oīm doctoꝛ sanctoꝛūmo ⁊ contra scripture sacre processum sentiret. Ex quibus multiplicit er opposituz apparet vt ex supradictis in plerisq̄ loc circa primā ptē tractat⁹ deductū ē. Oportet ergo ad nucleum verboꝛum attendere. Juxta quod in prima questione prime partis tractatus, tactum est. et ꝫ circa solutionem secundi erroꝛis inter tres qui ibi reprobantur q̄ quatuoꝛ intunguntur predicatoꝛibus populo ad predicandum. transferunt em̄ et corporaliter et fantastice. Juxta qō ex earuz propꝛijs cōfessionib⁹ patet nō taz illaꝛ que incinerate fuerūt q̄ etiā aliarum q̄ ad fidem et penitentiā redierūt. Interq̄s ⁊ illa in oppido Brisiaco interrogata a nobis. an ne fantastice et illusorie aut corporaliter possent transferri. Respondit q̄ vtroq̄ modo. Si em̄ casu aliquo nollent corporaliter transferri secretamen vellent oīa que in contione illa ab eaꝛ consodalibus agerent tunc talis ab eis seruaret modus: vt illa innoie omniū dyaboloꝛ ad latus sinistꝛ se reponeret ad cubitum. extunc quasi vapoꝛ quidā glaucus ex eius oze ꝓcederet. Vñ singula que ibi agerēt plucide ꝓsideraret, si vero corporaliter trās-

ferri vellet modū supradictum seruare necesse esset. Preterea in casu quo canon ille nude absq; omni declaratōne intelligendus esset quis tam stolidus vt propterea omnia eor maleficia et nocumenta esse fantastica et imaginaria affirmaret cum ad sensum omnib⁹ appareat contrarium eo precipue q; plures sint superstitionū species. vtpote q; tuor decim. Inter quas maleficarū species supremū in maleficijs et nocumētis continet gradum et species phitonum ad quam reduci possunt qui fantastice vehunt minimus gradum. Demū nec exempla ex legenda sancti germani aut aliorum quor cum eis suffragant. Vtiq; quia possibile erat demonibus, vt seipsos ad latera viri dormientis tempore intermedio, quo scrutinium de vroribus fiebant applicarēt quasi viris condormirent. quod tamē factum fuisse propter honorem sancti non asseritur casus tamen ponitur vt non credatur esse impossibile. oppositum illius quod in legenda ponit. A simili responderi potest ad quascunq; alias obiectiones quia sicut inueniuntur q; quedam tantummodo imaginarie. Ita etiam reperiuntur in scriptis doctorū plures fuisse corporalit translatas. Si cui placet Thomas brabantinum in libro suo de apibus inspicere mira inueniet tam de imaginaria q; etiam corporali hominum transuectione.

Sequitur de modo quo se incubis demonibus subijciunt. Capitulum quartum.

Ad quantus ad modū quo malefice demonibus incubis se subijciunt sex videnda sunt. Aliqua ex parte demonis et corporis ab eo assumpti ex quo elemento sit illud formatum. Secundo ex parte actus an semper cum infusione semis ab altero recepto. Tercio ex parte temporis et loci an poti⁹ vno q; altero tempore se exerceat. Quarto an visibiliter se agitat ex parte mulieris. et an tantummodo ille que ex huiusmodi spurcicijs procreantur a demonibus frequentātur. Quinto an ille que ab obstetricibus tempore part⁹ demonibus inferunt. Sexto an remissior vel intensior sit in talibus ipsa venerea delectatio et primo sup assumpti corporis materia et qualitate. Dicēdum q; aereum corpus assumit t q; ali quo modo est terrestre inquantum habet terre proprietatem per considerationem: quod sic declaratur. Nam quia aer in se non est figurabilis nisi fm figurationem corporis alterius in quo includit vnde etiam minime suis terminis terminat: sed tantummodo alienis: vt vna pars aeris alteri continuatur. Ideo simpliciter vt sic non potest corpus aereum assumere. Attento aūt q; aer ē maxime trāsmutabibilis t vertibilis in quodcunq; cuius signum est q; quidam nitentes corpus a demone assumptum scindere gladio vel perfodere id efficere non valuerūt. quia partes aeris diuisi statim continuantur ō nouo. Ideo patet q; in se aer ē bene cōpetens materia. Sed quia non potest figurari nisi aliquod aliō terrestre sibi adiungatur. Ideo oportet q; aer ille sit aliquo modo inspissatus et ad proprietatem terre accedens: seruata tamen aeris veritate. et hanc condensationez facere possunt demones et anime separate per vapores grossos ex terra eleuatos. et per eorum motum localem eos congregando et figurando in quibus manent tanq; motores tantum et non vt infamatores vitem illi corpori formaliter influentes. quia sic fuit ab

anima in corpus continctū. Sunt autem in suis sic assumptis z figurat cor poribus sicut nauta in naui quem mouit. Vnde quando querit quale sit corpus ꝯtuz ad materiā a demone assumptum. Dicendū q de eo aliud est loq ꝯtum ad principiū assumptōnis z aliud ꝯtum ad terminum. Quia quo ad principiū sic est aer. Qtum ad terminum est aer inspissatus ad proprietatē terre accedens. Hec autez omnia possunt demones deo permittente ex natura cum natura spiritualis sit superior nature corpali. Vnde z necesse habet sibi obedire intelligendo q ad motum localem: non autez quo ad formarum naturaliū tam accidentaliū ꝯ z substantialiū susceptionē nisi i aliquibus paruis creaturis z hoc āminiculo alicui⁹ alterius agentis vt supra tactuz est. Per motū aūt localem nulla forma ponit in remota. vnde sic ad nutuz mouere possunt cum alijs circūstātijs Ex quib⁹ tamen si quis incidentaliter quereret quid sentiendū vbi angel⁹ bonus vel malus aliqua opa vite exerceret per corpa vera naturalia z non aeres sicut in asina balaam p quaz angelus loquebat et vbi demones in obsessis corpibus agitant. Dicenduz q illa corpora non dicunt esse assumpta licz tantuz occupata. Inspiciant dicta doctorum in.ij.dis.viij. An angeli corpora assumant. Sed maneamus in proposito. Demones in assumptis corporibus cum maleficis loquunt vident audiūt comedūt z generant. Quomodo ista sit intelligenda. z hec est scōa pars hui⁹ prime difficultatis. Dicenduz ad primū q ad verā locutionē tria requirunt. scilicet pulmo cum retractōne aeris qui non solū propter vocem sed propter refrigerium est cordis vnde z muti habent attractionem necessariā. Secundo requirit q formet ex pcussione corporis in aere sicut cum quis ligno percutit in aere vel campana sonū facit magnū vel paruū: quia materia in se sonorabilis et percutit cum sonabili instrumento reddit sonus fm quantitatem corporis et recipit in aere z multiplicat vsq ad aures audientis. qui si est remote post spaciū vt videt preuenire habet. Tercio requirit vox z dici potest q son⁹ in corporibus inanimat dicit vox inanimat corporib⁹ z ibi ē lingua que aerem respiratū z iterū emissum pcutit in instrumento z vase fuso a deo z viuo naturaliter quod non est in campana. Ideo qō ibi sonus ꝟ vox dicit. Et hoc terciū potest exemplificari per secundū vt patet. et hec ideo posui vt predicatores habeant modū tradendi populo. Quarto requirit vt ille qui vocem formar conceptum mentis vult alteri per vocez exprimere et vt ipse intelligat. Ideo illam vocem organizat. id est distinguit successiue in ore p linguā dentes pcutiēdo z p labia claudendo et aperiendo pcussum aerez in ore ad aerem extrinsecū emittendo vt sic multiplicādo successiue vsq ad aures audientis qui tūc intelligit conceptum mentis. Ad ꝓpositum. Demones carent pulmone z lingua quaz tamen artificiatā ostendere pñt iuxta corporis conditionē sicut z dentes z labia vnde non vere et ꝓprie loqui possunt. Sed quia intelligūt z intellectū mentis vbi exprimere volūt tunc non p voces sed p sonos qui habent quandā similitudinē vocū aerem non respiratū et attractum vt in hominibus: sed inclusum in corpore assumpto percutiūt et ad aerem extrinsecum articulatim emittunt vsq ad aures audientis. et q absq aere attracto z non respirato posit fieri vocis similitudo pz p certa aialia nō respirātia q dicunt vocare z certa alia instra vt dicit phus in.ij. de aiā.

Nec eñ vum capitur extra aquã subito vocez emittit ꝛ mouit possũt hec applicari ꝛ ea que sequũt vsq; ad vim generatiuã exclusiue tamẽ ad bonos angelos. Si ꝗs velit vlteri⁹ speculari ō locutione demonũ in obsessis corpozib⁹ Ibi eñ vtunt corpozalib⁹ instrumẽtis veri corpozis obsessi. qꝛ illis illabũtur sic intelligendo infra terminos corporalis quantitatis ꝛ non infra termios essentie neq; corpozis neq; anime. Da differentiã inter substantiã ꝛ quantitatem seu accidens: sed de bis nihil ad ꝓpositum. Si cui autẽ placet inspiciat sanctũ Tho. in. ij. sententiaꝝ. di. viij. arti. v. Consequenter aũt qualiter vident ꝛ audiũt dicendũ ꝙ quia duplex est visi. Spiritualis et corpozalis. Et prima in infinitũ excedit alterũ. tum quia penetrat tum quia per distantiã nõ impeditur iuxta lumnis facultatez sibi deseruit. Ideo dicendũ ꝙ nullo modo videt angelus siue bonus siue malus ꝓ oculos corpozis assumpti nec aliquid corpozale sibi deseruit sicut tamen in locutione deseruit sibi aer et pcussio aerꝛ ad sonũ pzocurandũ ꝛ vlterius ad mꝫ. tiplicandum vsq; ad aures audientis. Vnde oculi eoꝝ sunt oculi depicti. Ibenter aũt sub bis similitudinibus hominibus se offerunt vt eis eoꝝ pzopzietates quas naturaliter habẽt ꝛ loqui spiritualiter per h⁹mõi opera manifestent. Ideo eñ ꝛ patribus sancti angeli sepe apparuerũt ex dei ordinatione et eius permissione. Malis hominib⁹ sese manifestant vt homines eorũ pzopzietates cognoscentes illis se associẽt hic in culpis et alibi in penis. Vñ dyonisius celestis hierarchie in fine dicit Ex omnibus partibus humani corporis docet angelus suas pzopzietates cõsiderare. Concludẽdo ꝙ corpozalis visio cũ sit opatio corpis viuentis ꝓ organum corpozale quibus demones in se carent. Ideo in assumptis corpozibus sicut similitudines membzorũ habent ita et similitudines operationuꝝ. Et similiter dicere possumus de eius audiru qui multuꝝ nobiliozi corpozali eo ꝙ conceptum mentis et anime locutiõez subtilius cognoscere potest ꝙ homo audiendo conceptum mentis per verba corpozalia expressum. Vide sctm Thomã in. ij. sententiaꝝ. disti. viij. Si enim in vultu hominis legit secreta ei⁹ voluntas et ex motu cozdis et qualitate pulsus a medicis passiones anime cognoscuntur a fortiozi per demones. ꝙ quo ad comestionem. Dicam⁹ ꝙ cõpleta ratio comestionis quatuoz dicit. Diuisionem cibi in ore et traiectionez in corpus virtus corpozis potentis ꝺigerere et quartum. conuertere necessariũ nutrimentũ et superfluum eijcere. Angeli quicunq; prima duo in assumptis corpozibus comedendo faciũt tercium et quartuꝝ non possunt. sed loco virtutis digestiue et electiue adest ei ꝓ tus alia qua cibus dissoluitur subito i pretacentem materiam. In christo etiam fuit vera comestio in omnibus. ꝗa habuit virtutem nutritiuã et conuersiuam non autem conuertendo in suuꝝ corpus quia ille virtutes fuerunt glorificate sicut ꝛ corpus vnde etiaꝝ resoluebatur cibus in corpe subito sicut qui aquã in ignẽ ꝓiceret.

Quomodo modernis temporibus malefice actus carnales cum incubis demonibus exarcent et qualiter ex bis multiplicantur:

Ed quo ad actus carnales de ꝗbus principaliter intendit ꝗs etiam cum maleficis tanq; incubi in assumptis corpozibus exercent

nulla subest difficultas ex premissis'ni si fortassis quis dubitaret. In presentes malefice hʾmōi spurcicijs intenderent et an originē malefice ex his spurcicijs sumpserint. Ad has duas dubitationes respondendo. Dicamʾ ad primam. Quicquid de precedentibʾ maleficis ante annos incarnatōnis dominice. Mille et quadringentos vel circiter actum sit an videlicet his spurcicijs inseruiebant sicut ab illo tempore moderne malefice hoc ignoratur eo q nusq hoc q experientia iam edocuit historia disseruit. Maleficos enīz semper fuisse et ex eorūz prauis operibus plurima nocumenta hominibus iumentis et terre frugibus euenisse, sicut et incubos et succubos demones nemo qui historias peragrat dubitare potest cum traditiones canonum ⁊ sacrorum doctorū plurima a multis centenis annorū de ipsis in posterum relicquerūt et tradiderūt. licet in hoc sit differentia q incubi demones in retroactis temporibus infesti fuerūt mulierculis contra ipsarū voluntatem prout in suo fornicario nider. ⁊ in libro ō vniuersali bono siue de apibus. Tho. brabantinʾ plurima recitant. Huic aūt positioni qua asserīt presentes maleficas hʾmōi spurcicijs dyabolicis esse infectas non nostra sententia intantuz adheret quantū ipsaq maleficarū experta testimonia que cuncta illa reddiderūt credibilia non iam vt bactenʾ inuitis animis sed sponte pro voluntate refetidissima mirabili seruituti se subijci entes. Quotāt eīm a nobis secari brachio ad puniendum relicte fuerūt in varijs dyocesionibʾ precipue in constañ. et in oppido Rauenspurg multis annis his inheserūt spurcicijs certis sub xx. alijs sb. xij. aut sb. xxx. ānis ⁊ sp cū si dei abnegatione in toto vel in parte testes ibidem oīs incole. Demptis eīm secrete penitentibʾ et ad fidē reuersis non minʾ cc. xl. et octo in quincq annis igni tradite fuerunt. nec tm illis accōmodata fides cctum sponte reuerī ad penitentiā credulitas adhibita fuit. oībus in hoc cōcordantibʾ q hmōi spurcicijs in augmentū huiʾ perfidie habēt insistere. De quibʾ etiā sigillatim in se cūda parte operis vbi eorum particularia opera describent tractabit. obmittēdo ea que et socius noster inquisitor cumanʾ in comitatu burbie peregit. q et in spacio vniʾ anni qui fuit Millesimus quadringentesimus octuagesimus quintʾ. xl. et vnam maleficas comburi fecit. Et omnibʾ publice asserentibʾ illis spurcicijs dyabolicis inhesisse. Cōstēt ergo omnia aut visus vel auditus propria experientia aut fidedignoꝝ relatibʾ Quo ad secundū vbi difficultat an ipsi malefici ex his spurcicijs originem sumpserint. Dicamʾ fm Auguſt. hoc vtiq verum esse omnes superstitiosas artes ex pestifera societate hominū et demonum originem sumpsisse. Sic eīm dicit libro. j. de doctrina xpiana. et habet. xxvj. qō. ij. illud qō est. Omnes artes hmōi vel nugatorie vel noxie superstitōis ex quadā pestifera societate hominū ⁊ demonū qsi pacta infideli ⁊ dolose amicicie ꝓstituta penitʾ sūt repudiande. Illo attēto manifestum ē q sic diuerse sunt spēs superstitōnis seu magice artis ⁊ diuerse sunt eoꝝ societates. et sicut spēs maleficoꝝ inter ctuordecim illius artis spēs pessima existit. qz non p pactū tacitū sed expressum vltra hoc q cultū latrie per fidei abnegationem ipsis demonibus habent exhibere. Jō et pessimam cum ipsis cōuersando retinent societatem. Juxta mulierum q semper vanis delectant conditiones. Attento insup q iuxta doc. sci Tho. i ij. sñiaq. di. xiij. arti. iiij. In solutiōe vnius argumenti vbi querit. An genitl

ex huiusmodi demonib⁹ modis pretactis sunt maiozis virtutis ꝙ alij homines. Respondit hoc verū esse nō soluz ex textu scripture Genē. vj. Isti sūt potētes a seculo ⁊c. Sed etiaz ea ratione ꝙ demones possunt scire virtutem seminis decisi. Primo ex dispositōne eius a quo decisum est. Secundo mulierē proportionatā ad seminis illius susceptionem. Tercio constellationez iuuātem ad effectum corporalem. Et quartum addere possumus etiā ex suis verbis scilicet ipsius geniti complexionez optimā ad effectos illi proportionatos ex quib⁹ omnibus sic concurrentibus concludit ꝙ tales sic geniti sunt fortes et magni corpore. Ideo ad propositū cum queritur. An malefici ex his spurcicijs originez sumpserunt: dicamus. Originez sumpserūt vtiq; ex pestifera mutua societate vt ex primo notabili patuit. Multiplicationē vero nō sum pssisse ex illis spurcicijs nemo negare potest ex secūdo notabili cū non delectationis: sed corruptionis causa illis demones intendūt. Erit ergo talis ordo ꝙ succubus demon ab homine sceleratо semen ōcidat qui si est proprius illi homini deputatus et noluerit se incubū facere ad maleficam tradet illud semen demoni mulieri seu malefice deputatus. et ille sub certa constellatōne sibi deseruiente vt talis genit⁹ vel genita fortis viribus ad peragenda malefi cia persistit se incubuz malefice faciet. Nec obstat ꝙ illi de quib⁹ textus loq̄tur non fuerint malefici: sed tantūmodo gigantes et viri famosi et potentes quia vt superi⁹ dictū est: maleficia non fuerūt perpetrata tempe legis nature et hoc propter recentē memoriā creationis mūdi. Unde idolatria locuz habere non potuit. Jam aūt malicia hominū excrescente dyabol⁹ maiorez ad seminandum hoc gen⁹ pfidie repperit oportunitatē. Sed neq; illi termini in bonū virtutis intelligi possunt vbi illi asseruntur fuisse viri famosi dicebantur.

An semper cum decisione seminis incubus demon maleficam aggreditur.

Illud etiaz vbi querit. An sp cū infusione seminis ⁊c. Respōdet cū mille nocēdi habeat modos et artes vtpote qui a principio ruine sue conatur ecclesie vnitatez rescindere et humanū genus omnib⁹ modis auertere. xxvj. q. ij. Ideo de istis regula infallibilis non potest dari: sed probabilis distinctio videlicet ꝙ aut malefica annosa est et sterilis aut non. Si sic tūc vtiq; absq; seminis decisione cū ad nihilū valeret et demon in suis operibus etiaz ꝯtum potest superfluitatem subterfugit sicut et natura maleficā aggreditur. Vel ēt sterilis non sit tū delectatōnis causa ex parte malefice causande ipsam aggredit. Si vero ad impregnationē dispōsita tunc si cōmode semen a viro decisum habere potest cū illo ipsam aggredere ob infectionē ꝓlis non differt. Verum si quis quereret an semen emissum per nocturnam pollutionē ita culligere posset sicut decisum per actum carnalem. Ad hoc ꝓbabilis potest dari ratio ꝙ non licet alijs videri potest oppositum. Naz attēto ꝙ demones vt premissum est virtutem seminis generatiuā attendūt. et talis vis in semine per actū carnalē amplius effundit ⁊ ꝓseruat scindit semen per pollutionē nocturnā emissaz tātūmodo ex superfluo humore ⁊ nō cum tanta vi generatiua descindit. Jō cum eo se min⁹ exercere ad generatōez prolis credit nisi fortassis vim illaz adesse semini intelligeret. Sed ⁊ hoc oīno negare non possum⁹ ꝙ malefica maritata ⁊ ꝙ maritū impregnata etiā ꝙ cōmi-

ptionem alterius seminis incubus demon ꝓceptum inficere pōt.

An potius vno tempore ⁊ alt̄o et similiter de loco.

Dillud an obseruat tempora ⁊ loca. Dicendū q vltra obseruātiam tempor quo ad ꝓstellationes quas obseruat quādo ad prolis infectionē operat. Obseruat etiam certa tempa quando non infectōnis: sed veneree voluptatis causa ex parte malefice exercēde agitat. et sunt sacratiora totius anni tempa vt natalis xp̄i paschalis ⁊ penthecosten solemnitatib⁹ ⁊ alijs festiuis diebus. Et hoc faciunt triplici ex causa. Primo vt sic malefici nō solum perfidi per apostasiā a fide verum etiā sacrilegij vicijs incurrūt in quibus ipsi demones delectant vt ipse creator ampli⁹ offendant et graui⁹ in ꝓprijs animab⁹ malefice condemnent. Secūda causa q cum deus sic graui⁹ offendit eis maiorē potestatē seuiendi i homines et puniendi illos siue in reb⁹ siue in corporib⁹ etiā innoxios relinq̄nt. Q̄ em̄ dicit filius nō portabit iniquitatem patris ⁊c. intelligit quo ad eternam punitionē. temporali aūt sepissime innoxij ꝓpter aliorū facinora afflictione puniunt. Vnde et alibi de⁹ clamat. Ego deus fortis ⁊ zelotes visitās pctā parentū in terciā ⁊ quartā generationez. Talis et punitio patuit in filijs sodomitaꝝ submersis ꝓpter parentum scelera. Tercia causa vt maiori opportunitate plures ruere faciāt p̄sertim iuuenculas que festiuis dieb⁹ ocio ⁊ curi ositatibus dū amplius insistūt eo facilius a maleficis vetulis seducant prout in terra natiuitatis vnius ex his inq̄sitoribus cum duo simus hoc op⁹ colligentes contigit. Naz iuuencula quedam et virgo deuota sollicitata festiuo die ab vna vetula vt secum per gradus ad camerā ascenderet eo q certi iuuenes pulcherrimi ibidem essent inclusi et dū illa annueret ascendentib⁹ simul vetula ꝓcedente iniūxit iuuencule ne se signo crucis muniret. Et licet illa ānuisset occulte tamen signo illo muniuit qua ex re ꝓfecit vt dum ascenderent et virgo neminē ꝓspexissz eo q demones ibidem existentes suā p̄tiaz in assumptis corporib⁹ illi virgini nequibāt oīdere. Vetula maledicendo virgini dixit. Vadas in noie omniū dyabolorū cur te signasti. Hec ex confessione pura illius virginis collegi. Potest ⁊ addi quarta causa vt sic facilius homies seducāt. qui dum ꝓsiderant q talia eis a deo sacratiorib⁹ tempib⁹ fieri pmittūtur non estiment illa tam grauia eē sicut si illis tempib⁹ nequirēt facere. De loco vero an plus in locis certis se exercent. Dicendum q ex verbis factisq̄ maleficarū constat q spurcicias illas oīno in locis sacris exercere nō possūt. Qua i re ꝓpendit efficacia angelice custodie ob reuerentiā illius loci. ⁊ quod amplius est. asserunt se nunq̄ habere pacē nisi tempe diuinor cuz p̄sentes fuerint in ecclesia. ⁊ ideo citius et tardius ingrediunt ⁊ egrediuntur. licet alia pessima certa cerimonialia habent ad instructōnem demonū obseruare vt videlicet tempe elenatōnis in terrā spuere. seu cogitatiōes nephandissimas q verba aut sine verbis ꝓponere vt vtinā esses in tali vel tali loco, put iaz in scōa parte tangetur.

An visibiliter sicut ex parte malefice ita etiam quo ad circumstantes se mutuo agitant.

Dillud an visibiliter vel inuisibilit hmōi spurcicias agāt mutuo dicendū quantuz experientia nos edocuit q licet sp visibiliter ex pte malefice demon incub⁹ opet: ita q nō

est necessariū inuisibiliter ꝓpter federatū pactū ⁊ expressum ei appropinq̄re. Tñ quo ad circumstantes sept⁹ ipse malefice supine iacentes in agr(i) seu silnis vise sunt ⁊ denudate supra vmbilicum. Et iuxta dispositōnez illi⁹ spurcicie coaptatis mēbris tibijs ⁊ cruribus se agitantes demonib⁹ incubis inuisibiliter ibidem q̄ ad circūstantes cooperantib⁹. licet in fine actus vapor nigerrim⁹ in longitudine bois sursuz a malefica in aerem eleuabat: sed hoc rarissime. Et qua de cā nouit ille mille artifex vt iuuenculaz circūstantiā vel aliorum hoim mentes valeat aut allicere aut imutare de quib⁹ gestis ⁊ qualiter in pleriscq̄ locis tam in oppido rauenspurg q̄ etiā in dominio nobilium de Koppelstain. et certis alijs terris talia sunt pacta in scōa pre patebit. Sz et b̄ ptigisse certū est q̄ maritis visibilit interdum cernentib⁹ incubos demones. quos tū non demones sed viros putabant cum eoz vxorib⁹ talia pagere duz arma arriperēt ⁊ transfodere volebant subito demon disparuit se inuisibilem faciendo. vñ ⁊ mulierib⁹ manus et bꝛachia obijcientib⁹: licet interdū lesi fuissent. ipsos tū viros obiurgantes. an ne oculos haberent aut si a demonib⁹ obsessi forent deridebāt.

Qꝛ non solum demones incubi mulieres et eoruz spurcicijs ꝓcreatis aut eis obstetricib⁹ oblatas infestant. sed quascunqz indifferēter cum maiori vel minori venerea delectatōne.

Inaliter vero concludendo dici potest ipsos demones incubos non tantuz mulieribus ex eoruz spurcicijs ꝓgenitis aut eis obstetricibus oblatis fore infestos: sed toto conatu ip quascunqz sanctiozes virgines illius terre aut oppidi per ipsas maleficas seductrices aut copiatrices anhelare. Hoc enim experientia rerum magistra edocuit vbi in oppido rauenspurg certe combuste ante finalez sententiam. Huic simile asseruerūt quod eis ab earum magistris iniunctum fuisset omni conatu debere in subuersionem sanctarum virginum ervidnarum labore. Et de venerea delectatione an maioz sit vel minoz cuz incubis demonibus in coꝛpoꝛe assumpto quam ceteris paribus cum viris in coꝛpoꝛe veꝛo dicendū. Videtur q̄ licet naturalis oꝛdo hoc minus excusat quin maioꝛ sit vbi simile suo simili alludit. tamē mistle ille artifex vbi debita actiua debitis passiuis: licet non in natura tamē sub qualitatibus in caloꝛe: vel temperamēto aliquo coniungit vtiq̄ non minoꝛē excitare videtur ꝓcupiscentiam. sed de his in sequentibus latius quo ad conditionem sexus feminei declarabit.

De modo generali quo per sacramenta ecclesie sua maleficia malefice exercēt: Et de modo quo vim generatiuā impedire solent. seu etiā alios defectus super quascūqz creaturas demptis coꝛpoꝛib⁹ celestib⁹.

Capitulum quintū.

Am autē qualiter alias creaturas in vtroq̄ sexu et terre fruges inficiunt. plura sunt super modos agendi aduertenda. Et primo qualiter homines. demum qualiter bestias. tercio qualiter terre fruges. Ex parte hominis. primo qualiter vim generatiuaz seu etiā actū venereum ne mulier concipere: aut vir actuz exercere valeat maleficijs impediunt. Secundo qualiter actus ille

impeditur respectu vnius mulieris interdum et non alterius. Tercio qualiter membra virilia auferunt quasi omnino sint a corporib⁹ euulsa. Quarto quomodo si aliquid premissoꝝ continget potentia demonis inferente p se non p maleficam posset discerni. Quito quomodo malefice homies vtriusq; sexus in bestias p̄stigiosa arte transmutant. Sexto quomodo obstetrices malefice conceptibus in vtero matris diuersis modis interimūt. ꝛ vbi p̄ non faciūt demonibus infantes offerūt. Et ne hec quasi incredibilia putarentur. Ideo in prima parte operis per questiones et argumentoꝝ solutōes sunt decisa. Ad quas si opus sit dubi⁹ lector p inuestiganda veritate recurrere potest Ad p̄sens tantūmodo acta ꝛ gesta per nos reperta. siue etiam ab alijs conscripta in detestatiōez tanti criminis sunt deducenda vt priores questiones si forte alicui difficiles ad intelligendum forent. Ex his que in hac scōa pte tradunt fidem capiat: ꝛ ab errore resiliat. quo nullam maleficam esse. aut nullū maleficiū posse fieri in mundo estimauit. Vnde primo notandum q; cū sex modis homines ledere possunt absq; modis quibus alias creaturas ledūt. Et vnus sit quo amore maluz ingerūt viro alicui ad mulierez vel mulieri ad virum. Alius quo odium vel inuidiaz in aliquo seminare procurant. Tercio⁹ in his qui maleficiati dicunt. Ne vi generatiua vti valeant ad feminaz vel vi peruersa femelle ad virum vel etiā alijs modis abortum procurando vt supra tactum est. Quartus cum in membro aliquo hominez egrotare faciūt. Quintus cum vita priuant. Sextus cū vsuz rationis auferunt. Et fateri cum hoc oportet q; in omni genere rerum: demptis corporibus celestibus veros defectus et veras infirmitates. licet non veras sanitates ex virtute naturali inferre possunt: et hoc ex potenti virtute naturali et spirituali qua corporali quacunq; eminent virtute. Nulla etiaz infirmitas cum altera concordat: seu etiam defectus naturalis vbi infirmitas desit. Ideo diuersis medijs vtiq; ad diuersas infirmitates et defectus procedunt. De quibus aliqua quantum necessitas postulat in medium producamus prius tamen ne animus lectoris maneat suspēsus cur supra corpora celestia aliquam immutationem facere non possunt. Dicemus triplicem esse causam. Prima quia super eas etiam quo ad locum penalem existūt qui locus est aer caligīnosus. et hoc propter ipsorum officium eis deputatus: vide supra in prima parte tractatus in questione secunda de incubis demonibus Secunda causa. quia corpora celestia mouentur a bonis angelis. vide in plerisq; locis de motoribus orbium. precipue sanctum Thomaz in prima parte. q. ex. in quo concordant philosophi cum theologis. Tercia causa. propter vniuersale regimen: et commune bonum vniuersi cui detraheret in generali. si malis p̄mitteret spiritibus in illa corpora celestia aliqs immutatōnes causare. Vnde ꝛ ille imutatōnes miraculose facte in ye. aut no. testa. a deo p eoruz motores. seu angelos bonos facte sunt vt in statōe solis sub iosue. Retro gradatōne sub ezechie obscuratōe in naturali in passione xp̄i. In oñib⁹ aūt ex post elementis ꝛ elemētatis sua maleficia deo p̄mittente: ꝛ p se absq; maleficꝫ ꝛ cū maleficis exercere p̄nt. Et ō facto exercere nō cessant vt patebit. Scōo notandū q; in omnibus modis maleficiandi. vt plurimū semp maleficas inmāt. vt instrumenta sue malicie per sa

cramenta seu sacramentalia eccl'ie. vel per quecūq; diuina: seu deo consecrata efficiant vt quando imaginez cereaz sub palla altaris ad tempus ponūt: vt per crisma sacrum filum trahūt: vel ex quibuscūq; rebus consecratis. Et hoc quidem triplici ratione. sicut etiam q' sanctioribꝫ anni temporibus: et precipue circa aduentū domini: z festa natalia sua maleficia exercere solēt. Primo vt non solū homines per talia perfidi fiant: sed etiā sacrilegi diuina quātū in eis est contaminanda. Et sic plus deū creatorē suū offendant intimiꝫ animas propriias condemnent: et plures in pctā ruere faciant. Secundo vt deus sic grauiter per homies offensus demoni maiorē potestatē in homines seuiendi relinquat. Sic etiā Gregoriꝫ dicit q' malis interdū iuxta eorum desideria: et petitōnes concedit. iratusq; alijs denegat propicius. Tercio vt sic sub specie bonis apparentis plures simplicis facilius decipiat quando pfacta diuinis rebus putant aliquid numinis a deo obtinuisse vbi solū maiora pctā sunt commissa. Potest et addi quarta ratio super sacratiora tempora et principiū anni. Naz quia festa plus frangunt peccatis mortalibus q; mechanicis operibus. Juxta Augꝫ. in li. de decez cordis. Superstitio autem et maleficia de maximis seruilibꝫ operibus demonis est contra diuinā reuerētiā. Ideo vt dictū est homines profundius cadere facit z creator amplius offendit. Et super principiū anni dicere possumus. Juxta ysidoꝝ li. viij. Ethica. ij. q' sicut Janus a quo ianuariꝫ mēsus dictus est. qui et in die circumcisionis incipit idolū fuit diuersis faciebus confictum. vna tanq; esset finis anni precedentis. et alia tanq; esset principium futuri: et vt imminentis anni esset protector et fortunatus auctor in eius reuerentiam sed potius demonis in ydolo faciebant pagari varias cōmotōnes luxuriosas: et strennuas et iocalia sibi mutuo tradiderūt. choreas varias duxerunt: menses prepararerūt. de quibus mentio fit per beatuz Augustinū. in multis locis et fere per totum recitatur. xxvj. q. varijs. Et sicut iaz mali cristiani has corruptelas imitantur. licet quo ad lasciuiam sint translata ab eis ad tempora carnisprinij quando cum laruis et ludis et alijs superstitionibꝫ discurrunt. Ita et nūc malefice bis psuasionibus a demonibus in ipsorum complacentiam circa principiuz anni quo ad diuinum officium et cultuz. vt festum Andree et festa natalia Christi existunt sua maleficia exercent. Et quidem tam in speciali qualiter per sacramenta primo. Demuz qualiter per sacramentalia talia exercent aliqua noviter facta: et a nobis per inquisitōem reperta referamus. Et oppiduz quod nominare non expedit: quia ordo charitatis et ratiōis imperat et suadet: vbi malefica corpus dominicū sumpsit et declinans subito vt detestabilis modꝫ est mulierum peplum sori adhibuit z i pannicrulū dominicū corpus extrahēdo involuit. et in ollā in qua bufo erat sic a dyabolo informata proiecit z sub terra in stabulum prope horreum domus sue occultauit cuz alijs plurimis rebus adiunctis ex quibus sua maleficia exercere habuisset. Sed assistente diuina pietate tantū factum detectum ad lucem peruenit. Nam sequenti die mercennario quodam causa sui laboris prope stabulū iter faciente vocem quasi cuiusdam infantis ieiulantis audiuit. et quanto propius accessit vsq; dū ad pauimentū sub q̄ olla abscōdita erat pcussit tanto clariꝫ audiuit: et estimās infantē aliquē a muliere sbtumulatū sculptecū seu p̄fidentē accessit. z rez

gestam sua estimatione a paricida per petratam narrauit: qui cito missis seruitoribus ita esse vt ille narrauerat repertū est: exhumare aūt puerum nolebant: ꝫ potius vt custodes a remotis positi ꝫ si qua mulier accederet sano vsi consilio attendere haberēt. Nec enim dominicū corpus ibi absconditum esse nouerant: vñ ⁊ contigit vt eadem malefica locū accederet ⁊ sub pallio alijs occulte cernentibus ollam abscondit. Vnde capta ⁊ questionibus exposita facinus detexit asserens dominicū corpus cum bufone in olla fuisse absconditum ex his pueribus sua ad libitū nocumenta hominibus seu alijs creaturis inferre posset. Insuper aduertendum ꝙ hanc obseruant maleficę communicantes consuetudines vt si absq; nota efficere valeant dominicum corpus sub lingua ⁊ non supra recipiant rationib⁹ his vt estimari potest vt abnegationis fidei remediū nunq; percipere velint nec per confessionem neq; per sacramenti eucharistie perceptionem. Secūdo vt eo facilius ex ore dominicum corpus accipiat ꝑ earum vt dictum est vsibus applicandum in maiorem creatoris offensam. Quare ⁊ omniū ecclesie rectoribus ⁊ populum cōmunicantib⁹ semper iniungitur summam adhibere diligentiam vt plurimum aperto ore ⁊ lingua bene extensa cum amotione pepli mulieres communicēt. Et quanto maior adhibetur diligentia tanto plures malefice ꝑ hūc modum notantur. De alijs rebus sacramentalibus innumeras exercēt superstitiones. Interdum imagines cereas quandoq; res aromaticas sub palla altaris vt supra tactum est ponētes ⁊ sub limine domus occultantibus vt per transitum ille ꝓ quo positum est maleficiatur. Innumera possent deduci: ꝫ hec minima per maiora maleficia approbantur.

De modo quo vim generatiuam impedire solent.

Capitulū. vj.

Emodo aūtem quo vim generatiuam impedire solent tam in hominib⁹ ꝫ in iumentis etiam in vtroq; sexu. Potest lector ex his que supra tacta sunt in questione ¶ An demones ꝙ ipas maleficas mentes hominū ad amores vel odium immutare valeant. Vbi p⁹ solutiones argumentorum specialis fit declaratio de modo quo vim generatiuam impedire valeant deo permittente. Vbi tamen notandum ꝙ tale impedimentum ab intrinseco ⁊ ab extrinseco practicatur. Intrinsece autem fit abeis dupliciter. Primo vbi rigores mēbri ꝓ fructificatione accomoda directe reprimunt. Nec hoc videatur impossibile cum ⁊ motum alias naturalem in aliquo membro impedire possunt. Secundo vbi missionem spiritum ad mēbra in quibus est virtus motiua prohibent quasi intercludendo vias seminis ne ad vasa generationis descendat vel ne excidatur vel emittatur Extrinsece procurant interdum ꝑ imagines vel ex herbarum cōmestionib⁹ Interdum per alias res exteriores puta ex gallor testiculis vel ex herbaruz cōmestionibus. Non tñ credendū est ꝙ vtute illarū rerum vir impotēs reddatur ꝫ occulta virtute demonum illudentem hmōi maleficas per huiusmodi vim generatiuā ne videlicet vir coire aut mulier cōcipere valeat maleficiare possunt. Et huius ratio est ꝙ pl⁹ ꝙ mittit de⁹ sup hūc actū ꝑ quē primum pctm diffūdit ꝫ super alios actus hūanos: sic ⁊ sup serpentes ꝙ magis incātationibus deseruiunt ꝫ alia animalia

Vñ t pluries a nobis t ab alijs inquisitoribus repertum est q per serpētes aut per cutem serpentis hmōi impedimenta intulerunt. Nā quidam captus maleficus fassus fuerat q multis ānis sterilitatem tam in hoibus q in iumētis quandā domū inhabitantibus per maleficū intulisset. Nider insuper vbi supra refert quendam maleficū nomie Stadlin in dioceſi Lausanensi captū q t fassus fuerat q in certa domo vbi vir t vxor simul permanebant per sua maleficia successiue in vtero vxoris viri septem infantes occidisse. Ita vt sem per aborsus fecerat femina annis multis. Sile fecerat in eadem domo omnibus pecoribus t iumentis fetosis q rum nullum viuū partus edidit in eisdem annis. Et cum maleficus questio nare qualiter talia pcurasset: aut quo reus esse posset: facinus aperuit dicēs Subter limen hostij domus serpentē posiui qui si amouebitur fecūditas inhabitantibus restituetur: t sicut predixit ita euenit. Nam licet serpens non fuisset inuentus quia in puluere redactus terrā tamen omnino asportabat. Et eodez anno vxori t omnibus iumētis fecūditas restituta fuit. Aliud deniq factum in Richhofen paucis t vix quatuor annis elapsis contigit: famosissima quedaz malefica erat vtpote q solo tactu t omni hora maleficiare et aborsū procurare sciebat. In quo duz vxor cuiusdam potentis impregnata esset t ob sui custodiam quandam obstetricem ad se recepisset: auisataq ab eadem obstatrice fuisset ne castruz exiret: t q precipue a colloquio t conuersatione illius malefice supradicte se caueret. Post aliqs septimanas immemor illius auisamenti castrū exiēs quasdā mulieres cōgregatas in quodā conuiuio visitādi gra accessit: vbi cū paulum resedisset malefica superuenit et ipam dñam quasi salutationis gratia super ventrē ambabus manibus tetigit: t subito puerū se dolorose mouentem persensit. Vñ territa vbi ad pria redijt t rem gestā obstetrici narrasset. Heu inquiens iam puerū perdidistis exclamauit: t vt pdixit in partu contigit. Nā nec aborsum integrū q paularim frusta iam capitis iamq pedum t manuū peperit. Magna vtiq ex diuina pmissione castigatio in penam eius videlicet mariti qui tales maleficas pati re t iurias creatoris vlcisci deberz.

Fuit t in oppido merspurg ostantiensis dioceſis quidam iuuenis intantuz maleficatus q nullū actum carnalem cuz aliqua dempta vna exercere poterat. Multis etiaz audientibus retulit q sepissime duz eam declinare t alias terras inhabitare t fugam capere volebat. Adhuc interdum nocturno tpe assurgē t festine cursu velocissimo: iaz per terrā iā per aerem quasi volādo redire solebat.

De modo quo membra virilia auferre solent.

Capitulum. vij.

Ed t hoc q mē bra virilia auferre solent: nō quidez in rerum veritate corpora humana illis spoliando: q prestigiosa arte occultando vt supra in questione desuper tacta declaratū est aliq gesta in mediuz producamus. In oppido nāq reuenspurg iuuenis quidā iuuencule adhesit quā reliquere volēs membr virile pdidit pstigiosa vtiq arte vt nihil videre aut tangere pter planū corpus posset. Inxius inde cellare quoddā adijt vt vinū emeret t paululū residēs mulieri cui alteri supuenienti causam tristicie sue apiendo singula enarrauit: t ita esse corpe demōstrabat

Astuta illa an ne aliquā suspectaz haberet inqsiuit. Et ille vtiqz talē ipaz de nominando z rē gestā narrando manifestauit. Et illa. Expedit vt per violentiam aliquā vbi benevolentia tibi non suffragatur ꝓ acqrenda sanitate ipam inducas. Ait iuuenis in crepusculo noctis viā quā ptransire malefica solebat obseruauit z ipam reperiens duz ꝓ sanitate corpis sibi reddēda supplicaret z illa se innoxiā nec quicqz scire assereret ipam inuadēdo manutergiū quodam ad collū fortiter cōprimendo strixit dicens. Nisi mihi sanitatē restitues de manibus meis pibis. Dū illa quia clamare non poterat et iam facies tumefacta nigrescebat. Sine inqt me liberam z te sanabo. Et iuuenis duz nodum seu strictura laxasset malefica manu ipm inter femora seu coxas tetigit dicens: iaz habes qō desideras. Et iuuenis vt postmodū referebat notabiliter persenserat anteqz visu aut tactu se ipm certificasset membrū sibi ex tactu dūtaxat malefice fuisse restitutum. Similе. Venerandꝰ quidā pater honestate vite z scientia preclarus in ordine z conuentu Spirensi referre solet. Quidā inqt die dū confessionū audiētie instarē. Iuuenis q̄dam accessit z inqt verba cōfessionis m embꝝ virile lamentabiliter se pdidisse asserуit. Ammirans ego pater z verbis suis faciliter credere nolens eo qꝝ leuiscorde q̄ facile credit a sapiente iudicat. Expientia didici ꝓ visum nihil cernendo dū iuuenis locū vestes detegendo demonstrasset: vñ in me sanoqz cōsilio vsus An ne aliquā haberet suspectā q̄ ei tale maleficium intulisset inqsiui: z iuuenis vnaz se habere suspectā ꝑ absentē z i vxoriacia residentē asserуit. Tūc ego hec tibi iniūgo q̄ntotius ipam accedas z ꝓmissionibus ac blādis vbis ꝓ posse ipam emollire studeas: qō z fec. Nā pꝰ paucos dies reuersus est gras mihi referēs se sanū z cūcta recuperasse asserуit: et sic vbis credidi expientia tū visus certificatꝰ denuo. Sūt tū z hic aliqua notāda ad intelligendū clariꝰ q̄ supra de eadē materia tacta sunt. Prio q̄ uullo modo credendū est talia mēbra euelli aut segregari a corpibꝰ: ꝑ arte pstigiosa ꝓ demonē vt nec videri aut tangi valeant occultari. Et ꝑ auctate z ratione licet supra tactuz sit vbi Alexander de ales parte secunda dicit. Prestigium ꝓprie sumptū est illa illusio demonis que non habet causam ex parte mutationis rei: ꝑ solūmodo ex parte cognoscentis qui deluditur: siue q̄ntū ad interiores sensus siue quantū ad exteriores. Super hec tamen verba notandū q̄ hic illuduntur sensus duo exteriores scilicet visus z tactus z non interiores vt sunt sensus cōmunis fantasia imaginatiua extimatiua z memoria. Licet sanctus Thomas tantūmodo ponat quatuor vt supra tactum est. Eo q̄ fantasiam z imaginatiuam ponit vnam z bene: pauca enim differentia est inter imaginari z fantisari. Thomas in prima pte. q. lxxix. Et hij sensus imutant z nō exteriores soluz qñ nihil occultat vel manifestat vel vigilando vt dormiendo. Vigilando vt dum res aliter videt q̄ in se sit: vt cū quis videt aliquez equū cum assessore deuorantez: aut in bestiam esse hominem transformatuz aut seipm bestiā esse z cum bestijs debere incedere estimantē: tūc em sensus exteriores deludunt z occupant per interiores: quia virtute demonū species sensibiles dudum reseruare in thesauro speciez sensibilium vt est memoria non illa intellectiua in q̄ spēs intelligibiles ꝓseruant: ꝑ memoria q̄ est conseruatrix spērum sensibiliū q̄ etiā est i posteriori parte capitis educunt vtute demonū deo interdū pmittēte ad sensuz

cõmunem imaginatiuã. Et tam fortis impriminũt q̃ sicut necesse habet imaginare equũ vel bestiã per impetuosũ actuz quo demon educit de memoria speciem equi vel bestie: ita necesse habet estimare se videre per oculos exteriores tantum talem bestiam que iure ab extra non est bestia ꝫ per impetuosam demonis opationem mediantib⁹ illis spẽbus sic videtur. Nec mirũ videatur q̃ demones possunt: cum z natura hoc facere potest etiã defectuosa vt patet in freneticis: melãcolicis: maniacis z ebrijs aliquibus qui non possunt discernere. Et frenetici putant se mira vidisse z videre bestias z alia horrenda cum tamen nihil sit in reruz veritate. Vide supra i questione In malefice mentes hominũ ad amorem vel odiuz possunt immutare vbi plura notantur. Est demum z ratio in se clara. Nam cum demon habeat quandã potestatem super quasdam res inferiores excipiendo tantũmodo animaz. Ideo potest z circa istas res aliquas immutationes facere quãdo de⁹ sinit vt res appareant aliter q̃ sint. Et hoc vt dixi aut turbando aut illudendo organum visus vt res clara videatur nubilosa: sicut etiam post fletum ꝓpter humores collectos lumen aliter apparet q̃ ante Vel operando in imaginatiuam potentiam p transmutationem specieruz sensibilium vt dictuz est: vel humores varios mouendo vt appareant ignea vel aquea que sunt terrestria vel sicca vt quidam faciunt q̃ omnes in habitatione aliqua habent se vestimẽtis exuere z denudare putãtes se in aquis natare. Vlterius autem super modũ prefatum si queritur In huiusmodi illusiones indifferenter bonis z malis accidere p̃ossũt sicut vt inferius patebit corpales alie infirmitates etiã in gra existentibus inferri a maleficis possunt.

Super quo inherẽdo verbis cassiani cassia. ij. abbatis sireni. Dicendũ est q̃ nõ. Vnde oẽs isti qui sic illudunt p̃sumunt in peccatis mortalib⁹ esse: dicit eñ. Ex verbis anthonij patet demonẽ nullatenus posse mentem cuiusq̃ vel corpus inuadere nec habere facultatẽ in cuiuslibet animaz penitus irruendi nisi eã primo destituerit oibus cogitationibus sanctis ac spirituali contemplatione vacuã nudamq̃ reddiderit. Cõcordat cũ eo quod philosophia primo de consolatiõe ad Boetiũ tangit. Talia tibi contuleramus arma que nisi tu ea prius abiecisses inuicta te firmitate tuerentur. Vñ Cassianus ibidẽ refert de duobus maleficis paganis qui differẽtes in malicia successiue per sua maleficia demones miserunt ad cellã beati Antonij vt cuz tentationibus exinde fugarent odio viri sancti infecti: eo q̃ multitudo populi ad eũ quotidie confluebat. Qui demones licet amarissimis cogitationũ stimulis Antonium pulsarunt. Illos tñ semper repulit signo crucis fronti z pectori impresso z oration incubationibus insistendo. Ita dicere possumus q̃ omnes qui sic a demonibus ludificantur absq̃ alijs infirmitatibus corporalibus: vtiq̃ diuina gratia inhabitante carent. Vñ z illud Thobie. vj. Qui libidini deseruiunt in eo diabolus accipit potestatẽ. Concordat z illud qõ supra circa p̃mã partem tractat⁹ in questione. In malefice operant circa hoies in bestiales formas illos transmutando tactũ est: vbi iuuencula conuersa fuit in equã sua estimatione z omniũ eam aspicientiuz dempto sancto Machario cui⁹ sensus diabolus illudere nõ poterat: ad quez ducta p̃ sanitate cũ iã verã mulierẽ z non equã aspiceret: z conuerso oẽs alij acclamarẽt q̃ equa eis videret. Ipe sanctus suis orõnib⁹ eã z alios a tali illu

sione liberauit asserēs hoc ei accidisse. qz diuinis nō vacasset nec sacramenta vt decebat scz confessionis z eucharistie vt decebat frequentasset. Nō iuuenis qui eaz de turpitudine sollicitauerat licet renuisset ex honestate tū iudeꝰ maleficus quez iuuenis ea de causa vt iunēculā maleficiaret accesserat virtute demonis eā in equā cōuerterat. Sū marie cōcludamus qz in bonis fortune sic sunt res exteriores vt bona tēporalia: fama z sanitas corpis: licet boni z demones z sua membra ledi possint in eoz meritū z pbationē: sicut de beato Job patuit q̄ in talibus per demonem lesus fuit. Tamen eis inuitis sic in nullū peccatum per maleficia trahi possunt aut violentari: licet ab intra z in carne ab extra valeāt tentari. Ita etiam nec hmōi illusiones fātasticas actiue z passiue inferre possunt. Actiue vt eoz sensus haberēt demones illudere sicut alioz in charitate non existentiū. Passiue vt eis eoz membra pstigiosa illusione haberent auferre. Hec enim duo beato Job nunqz diabolus inferre potuisset pser tim passiuū nocumentum sup actū venereū qui tante continentie erat vt dicere posset. Pepigi fedus cū oculis meis ne quidem cogitarem de virgine. A fortiori de muliere alena: cuz tamen super peccatores demon magnā noscit ex verbis euangelij Luce. xj. Cum fortis armatus custodit atriū suū in pace sunt omnia q̄ possidet habere potentiā. Veruz ex his si quis quereret circa illusionē membri virilis q̄ licet illā illusionē non posset demon existenti in gratia inferre passiue an ne posset actiue vt scz exās i gra illuderet in suo visu qz videret mēbrū annexū: cū tū ille qui sibi estimaret ablatū nō videret annexū nec etiā alij circūstantes qō si cōcedit videt esse ꝓtra ꝓdicta. Potest dici q̄ qz non tanta vis existit i damno actiuo sicut passiuo: capiendo actiuū non qui actiue intulit ꝫ qui damnū ab extra videt vt de se ptz. Ideo exās in gratia licet posset videre damnuz alterius: z in illo demon sensus eius illuderet. Nō tū posset sibiipi tale dānum inferre passiue vt scz suo membro puaretur cū libidini non deseruit sicut per oppositū vt angelꝰ dixit Thobie. Qui libidini vacāt demoniū accipit potestatē. Quid deniqz sētiendum sup eas maleficas qui hmōi membra in copioso interduz numero vt viginti vel triginta mēbra insimul ad nidū auiū vel ad aliqō scrineū icludunt vbi z q̄si ad viuentia membra se mouent vel auenā vel pabulum cūsumenda put a multis visa sunt z communis fama refert. Dicendū q̄ diabolica operatione z illusione cūcta exercentur: sic eñ sensus videntiū illuduntur modis supra tactis. Retulit eñ quidā q̄ dum membrū pdidisset z quandam maleficā cause recuperande sanitatis accessisset. Illa vt quendā arborē iascēderet infirmo iniunxit z vt de nido in quo plurima erant membra si qō vellet accipere posset indulsit. Et cum ille magnuz quoddaz accipere attentasset non ait malefica illud accipias z quia vni ex plebanis attineret subiūxit: hec omnia vtiqz pstigiosa illusione fieri a demonibus modis supra tactis organum visus per transmutationē specierum sensibiliū in imaginatiuam potētiam turbando. Nec eñ oportet asserere q̄ demones sint in assumptis sic mēbris ostendentes quemadmodum solent in assumptis corporibus ex aere maleficis z interdū hominibus apparere z cum eis conuersari. Ratio ē: qz facilioꝛi modo videlicet per motū interiorem localē specierū sensibiliuz ex cōseruatoria seu memoratiuia potētia ad imaginatiuā ista facere possunt. Et

si quis dicere vellet q etiam simili modo facere possent vbi in assumptis corporib⁹ asserunt maleficis aut alijs hominibus conuersari vt videlicet tales apparitiones facerēt p transmutatōez spērum sensibiliū in imaginatiuaz potentiam vt homes dum putarent demones in assumptis corpibus esse presentes: tūc non essent nisi tales spēruz sensibiliū in interioribus potentijs immutationes. Dicendum q si nil altius demon ostendere vellet: nisi tantūmodo humane effigie p̄sentationē: tunc vtiq; opus non esset ei in assumpto corpore apparere cum sufficienter per p̄fatam transmutationem hoc efficere posset. Nūc aūt q altiora habet exercere puta loquī: cōuesci t alijs spuritijs intendere. Ideo t ipm p̄sentem esse oportet ab extra visui realiter in assumpto corpore se obijciendo q virtus angeli ibi est vbi opaī ſm doctores. In questione vero qua querit. Quid si demon p se absq; malefica membz virile alicui auferret. In aliqua sit differētia inter vnā ablationez t alteram. Dici potest vltra illa que tangunt in p̄ma pte tractatus in questione In malefice mēbra virilia possint aufferre q vbi demō per se membz auferret: tūc vere t realiter auferret: t vere t realiter restitueret quando cūq; restituere haberet. In secundo sicut non absq; lesione ita non absq; dolore auferret. Tercio q nunq; nisi coactus per bonū angelum hoc faceret eo q materiam sui lucri amputare haberet: nouit em plura maleficia super illum actū exercere q̄ sup alios humanos actus: sic etiā deus plus p̄mittit illū actū maleficiare q̄ alios humanos actus vt supra tactum est: que singula locum non habent vbi p maleficas deo permittente operaī. Et si dubitatur an demon plus affectat homines t creaturas per seipm ledere q̄ p maleficas. Dici potest q nulla est cōparatio. In infinitū em plus affectat p maleficas ledere. Tū quia maiorem infert deo contumeliā creaturā sibi dicatam vsurpando. Scōo q cum deus amplius offendit: amplius sibi nocendi hominibus potestas permittit. Tercio ꝓpter sui lucrū quod in perditionem statuit animarum.

De modo quo malefice homines in bestiales formas trāsformant.

Capitulum. viij.

Edet hoc q⁹ malefice homines in bestiales formas virtute demonū quia talia p̄incip aliter opaī transformant. Licet in p̄ma parte operis questiōe In alia malefice valeant efficere satis sit declaratū: quia tamen aliquibus illa questio sub suis argumentis t solutionibus nimis posset esse obscura p̄sertim cū acta t gesta super hec nō sūt deducta. Modus etiā quo seipas sic trāsformāt non est expressus. Ideo p̄sens addenda est declaratio p solutōes plurimoz dubioz. Et p̄imo q canon ille xxvj. q. v. epi. non est sic nude intelligēdus circa hanc materiā ꝓut plures etiam docti ꝛ vtinam bene docti decipiūtur: t q̄ publice in eoz sermonibus asserere non verent hmōi transmutationes p̄stigiosas: nullo modo etiā virtute demonuz posse fieri. Et hoc vtiq; in magnum fidei detrimentuz vt sepe tactum est t maleficarum confortationem que t multum de talibus cōgaudent sermonibus. Contingit autē hoc huiusmodi p̄dicatoribus eo q in cortice t non in medulla verboz̄ eruo

nis laborant vt supra tactum est. Cum enim dicit. Quisquis credit posse fieri aliquaz creaturam aut in melius aut in deterius transmutari aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem nerti. Sup primū sit resolutus q̃ fieri capit dupliciter: videlicet p̃ creari ꝛ p̃ naturali p̃ductõe alicuius rei. Primo modo soli deo conuenit vt notum est qui sua infinita potentia aliquid ex nihilo creare potest. Scõo modo dicendum est de creaturis. Quia aut sũt creature pfecte vt homo asinus ꝛc. Aut sunt imperfecte vt serpentes rane mures ꝛc. que ideo dicunt imperfecta quia ex putrefactione generari etiam possunt: licet em̃ semper de primis loquit canon: non de secundis: quod potest patere eo q̃ Albertus in libro de animalibus vbi querit An demones possint facere vera animalia. Et respõdit q̃ sic. ℔ hoc quo ad imperfecta animalia. Etiã cũ ea differentia q̃ non in instanti sic deus operat sed motu quo dã licet subito: sicut patet de maleficis Exo. vij. si placet vide aliqua que inotata questione tanguntur circa primam partem operis: ꝛ in solutione primi argumenti. Super scõm vbi tangitur q̃ non possunt aliquã creaturã transmutare. Dicas q̃ est duplex transmutatio Substantialis ꝛ accidentalis. Et hec accidentalis iterũ duplex: quia vel per formaz naturalem ꝛ inherentem rei q̃ videt vel per formã non inherentẽ rei que videtur: ℔ inherentem organis et potentijs ipsius videntis. De primis loquit canon ꝛ precipue de formali seu quidditatiua trãsmutatione put vna substantia in aliam transmutatur cuiusmodi solus deus qui talium quidditatum creator existit facere potest: loquitur etiaz ꝛ de secunda licet illaz demon efficere possit in quantum per infirmitates diuina permissione immissas aliqua forma accidentalis corpori inducitur: vt vbi leprosa facies appareret vel huius simile: sed quia proprie de his non loquitur: sed de prestigiosa apparitione: ꝓm quam videntur res trãsmutari in alias similitudines. Dicimus q̃ has trãsmutationes allegata. excludere non potest: quod auctoritate: ratione: ꝛ experientia insimul ex his que super certa experimenta que Augustinus li. xviij. ca. xvij. de ciuita. dei refert deducuntur: et p̃ varias questiones illa etiam declarando: nam inter alias prestigiosas transformatiões refert q̃ famosissima maga circes mutauerit socios vlixis in bestias. Et q̃ q̃dam stabularie mulieres conuertisset hospites suos in iumenta onera portãtia. Refert etiam socios diomedis in aues conuersos: et q̃ postea longo tẽpore circa templum diomedis volassent. Et quod prestantius narrasset de patre suo veraciter: q̃ ipse pater dixisset se caballum fuisse et annonaz cum alijs animalibus baiulasse. De primo nanq̃ q̃ socij vlixis fuissent in bestias mutati: ibi vtiq̃ sola apparentia fuit ꝛ oculorum deceptio ita q̃ forma illa bestialis educta fuit de cõseruatorio seu memoria specieruz ad ipam vim imaginatiuam: vnde et visio imaginaria causabatur et consequenter ex forti impressione in potentias alias et organa videns estimabat se bestiaz videre: modo quo supra in precedẽti capitulo tactum est: sed quomodo ista fieri possũt virtute demonis sine lesione infra patebit. De secũdo vero vbi hospites in iumenta onera portantia a stabularijs cõuertebant ꝛ fuit hoc q̃ pstãtij pater

se equū fuisse et bladū portasse narrat Notandū q ibi tres fuerūt deceptōes Prima. q illi hoies pstigiosa arte videbant conuersi in iumenta. q conuersio facta fuit mō supra tacto. Secūda q illa onera vbi excedebant vires portantiū demones inuisibiliter illa attulerunt. Tercia q illi q alijs videbātur transmutati in spēs. sibi ipis etiā videbantur se in bestias conuersos. sic Nabuchodonosor contigit. vbi septē tpa sup eū fuerūt imutata. vt fenū qsi bos comederet. De illo aūt q socij diomedis fuissent in aues cōuersi: et circa tēplū volasse. Dicendū q ille diomedis qr in exercitu grecor circa obsidionez ciuitatis troye fuerat. vbi ad ꝓpria redire volebat i mari cū socijs sōmersus fuit. Ideo cū ex suggestione cuiusdaz idoli templū sibi quasi inter deos annumerat⁹ esset cōstructū fuerat. demones in confirmatōz errozis longo tempore tanq̄ aues loco eozvolabāt. qua rez aliud genus supstitionis a p̄dictis pstigijs ibi fuit. qr videlicet non per reductionē spēz sensibiliū ad vim imaginatiuā. ꝛ in assumptis corpib⁹ tanq̄ aues volantes se oculis aspicentiū ingerebant. Qr si querit. An etiā predicto mō p reductionē spēz sensibilium aspicientes illudere potuissent vt demones nō in assumptis corpib⁹ ex aere tanq̄ volantes aues se ingessissent. Dicendum q sic. Nam et opinio q̄ūdam fuit vt recitat sctūs thomas in .ij. sniaz. di. viij. ar. ij. q angeli quicunq̄ siue boni siue mali nunq̄ assumerent corpa. sed q oia q̄ de eoz apparitōib⁹ leguntur in scripturis facta fuerint in pstigijs. vel fm visionē imaginariam In quibus verbis notat a doctore sancto differentia inter pstigiū ꝛ imaginariā visionē. Quia pstigiū potest habere rem ab extra corpali visui se obijciētem. Licet aliter videatur q̄ sit. Imaginaria aūt visio non hoc necessario requirit. vt videlicet res ab extra obijciatur. sed potest fieri absq̄ illa exteriori obiectione tantummō per illas interiozes spēs sensibiles vbi ad vim imaginatiuā reducuntur. Ōn illoz opinionem sequēdo socij diomedis nō fuerunt representati q demones in assumptz corporibus ꝛ similitudinibus auiū. ꝛ tantummodo fantasticaz imaginaria visione. per illaz vicz spēz sensibiliū reductionē ꝛc. vt supra. Sed qr doctor sanctus opinionē illāvt errozēz nō vt opinionem simplicē reprobat. licet nō vt heresim fortevt pie creditur. cum etiā tales apparitōnes imaginarie inkduz ꝛ a bonis ꝛ a malis angelis fuerit absq̄ corpibus assumptis vsitate. Jōo vt ibidem dicit cū scti cōiter dicunt angelos etiā corpali visione apparuisse. ꝛ talis apparitio fit in assumptis corpibus Textus etiā scripture sacre super t'es corpales apparitiones plus cōcordat q̄ super imaginarias aut pstigiosas Ideo ex his ad presens dicere possumus etiam super quascunq̄ visiones consimiles illis de socijs diomedis. q licet illi socij imaginaria visione videntium potuissent opere demonum videri modo quo dictum est. tamen potius presumitur q per demones in assumptis corpozibus ex elemento aeris tāq̄ aues volātes fuerint visi. aut q alie aues naturales a demonibus agitate illos representauerint.

Qualiter demones intra corpora ꝛ capita existūt sine lesiōe quando pstigiosas operātur transmutationes. Capi. ix.

Dod si vlterius super modus pstigiose trāsmutationis queritur. An intra corpora ꝛ capita tunc exi-

stant. Et an si tales sint tanq̄ obsessi a demonibus estimandi. ꝛ qualiter fieri possit vt absq̄ lesione potentiarum ꝛ virium interioꝝ possint spēs ab vna potentia interiori ad aliam deducē. et vtrū tale opus debeat censeri miraculosum factū aut nō. Ad primū oportz distinguere de prestigiosa illusione. eo qvt dictū est. Illa illusio fit interdum super sensus exteriores. interdū super interiores vsq̄ ad sensum exteriorem. Prima ergo licet possit fieri absq̄ ꝫ q̄ demones intrent potentias exteriores illas occupando. ꝫ tm̄ exterius deludendo. vt vbi corpus aliq̄ occultare vellet per interpositionē alicui⁹ alterius corpis vel alio quocunq̄ modo. Iterum vbi p se corpus assumeret ꝛ se visui obiceret. Scōa tm̄ non potest fieri nisi ipm̄ caput ꝛ potētias pncipalit occupet. Et hoc ostēditur auctoritate et ratione. Nec obstare potest q̄ duo spiritus creati nō possint esse in vno ꝛ eodem loco. ꝛ ania sit in qualibet pte hoꝝis. Est aūt auctoritas super ꝫ Damascen. Angel⁹ ibi est vbi opat. Katō sctī thome. ij. sen. di. vij. ar. v. Omnes angeli boni ꝛ mali ex virtute naturali q̄ p stantioꝝ vtiq̄ est quacunq̄ corpali hūt ptātem transmutandi corpora nostra. Patet hoc ne dum ꝓpter pstantiam ꝛ nobilitatē nature. sed et iō q̄ tota machina mundi ꝛ creatura corpal' ammi nistrat per angelos Grego. iiij. dialo. In hunc mundū visibilē nihil nisi per creaturā inuibbilē disponi pōt. vñ oia corpalia regunt p angelos. sicut ꝛ motoꝛes orbiū asseruntur non soluz a doctoribus sanctis sed etiā a phis omnibus. Patet et ex eo q̄ omnia corpora humana mouentur ab animab⁹ sicut omnia alia per corpora celestia ꝛ p ipoꝝ motoꝛes. Si cui placet videat sanctū thomam in prima parte. q. cx. ar. j. Ex quo cōcluditur q̄ qz demones vbi opantur ibi sunt. Ideo qñ fantasias et interiores potentias perturbant tunc etiam ibi existūt. Item licet illabi aie illi sit tantū possibile qui eam creauit tamen demones etiam illabi possunt deo pmittente corpibus nostris. Et qz p tunc possunt impressiones facere in potētias iteriores affixas organis corporalibus. Ideo ꝛ p illas impressiōes sicut immutantur organa ita immutant opationes potentiaꝝ. modo quo dcm est q̄ educere possunt spēs reseruatas in vna potentia affixa organo sicut ex memoria que est in vltima pte capitis educit spēm equi localiter mouendo illud fantasma vsq̄ ad mediā ptē capitis vbi est cellula virtutis imaginatiue ꝛ demū conseq̄nter vsq̄ ad sensum cōmunē cui⁹ residētia est i anteriori parte capitis. Et oia tm̄ subito sic immutare ꝛ turbare possunt vt forme ꝛles necessario estimentur. Ac si exteriori visui obiicerent. Exemplū patuit ex naturali defectu in frenetics ꝛ alijs maniacis. Quod si queritur qūo hoc absq̄ doloꝛe capitis efficere possit. facilis est respōsio. Primo qz eīm organa nō diuidit nec immutat quo ad iporz subiectuz. sed tantūmodo species mouet Item secundo qz non alterat imitēdo aliquā qualitatē actiuā. vñ necessario passio seq̄tur. cūꝛ ipe in se demon omni qualitate corpali careat. iō sine doloꝛe talia opari pt. Item tercio quia vt dictū est tantūmō facit transmutationes per motum localem ab vno organo ad aliud et non per alios motus ex quibus alterationes lesiue interdum causantur. Illud ergo quod difficultatem facit q̄ quia duo spiritus non possunt esse in eodem loco pura diffinitione. ꝛ anima etiaz existit in capite quo modo tunc demones ibidem existere possunt. Dicendum q̄ residentia anie assignatur centrum coꝛdis in quo vitā

influēdo omnibus mēbris cōicat. Et exemplū datur de aranea in medio tele que sentit tactum ex omni pte. Tamen quia dictū augustini in libro de spiritu et anima. q est tota in toto et tota qualibet pte corpis. Ideo dato q sit in capite. adhuc demon ibi opari pōt. quia alia est eius operatio ab opatōe anime cum operatio anie in corpe est vt informat et vitam influat. vñ ē ibi sic forma in materia nō sicut in loco. Demon aūt sicut i tali pte corpis et tali loco immutando et operando circa spēs sensibiles. Unde quia nulla confusio operationū est inter eos. Ideo vtrūq; simul in eadem parte corpis esse pōt. Ad illud. An tales sint tanq; obsessi et arrepticij. i. a demonibus arrepti estimandi. quia specialem hoc vult habere declarationem. An videlicet ḥ possibile sit vt opere maleficoꝝ aliquis vt obsessus a demone. i. q demū eū possideat vere et corpaliter. Jō de tali materia specialis tractabitur modus i capitulo sequenti. habet em̄ et hoc specialem difficultatem. An operibus maleficoꝝ id fieri valeat. Ad illud tantū modo. An talia opera maleficorum et demonum sint ad modum miraculorum operum censenda. ita q debeant opera miraculosa estimari. Dicendus q sic inquantum fiunt pꝛeter ordinez nature create nobis note per virtutem creature nobis ignote. licet non sint p pte miracula sicut illa que fiunt pter ordinem totius nature create qualia sunt miracula dei et sanctorum. Vide que in pꝛima parte operis sub quinta questione et reꝛobatōne tercij erꝛoris tacta sunt vltra que addenda sunt hec ꝓpter eos qui hmōi opera impugnare possent quasi nō debeāt censeri opa miraculosa sed simpliciter opera diabolica eo q cum miracula sint data in confirmationē fidei non debent cōcedi fidei aduersario. Tum etiam q signa antichristi dicūtur ab apostolo signa mendacia. Sed dicendum ad pmum Qꝛ miracla facere ē donū gre gratis date Unde sicut p malos possunt fieri homines. ita et p malos spūs in his videlicet ad que eorum virtus extendere se potest. Unde etiā discernuntur miracula per bonos facta ab illis q̄ per malos fiunt ad minus tripliciter. Pꝛio ex efficacia virtutis opātis q signa facta p bonos diuina virtute fiunt in illꝛ etiā ad que virtus actiue nature se nullo modo extendit. sicut suscitare mortuos et hmōi que demones fm vitatez facere non possunt. sed in pꝛestigijs tātum vt symon magus de mortuo cuiꝰ caput agitabat que diu durare nō pōt Scō ex utilitate signoꝝ. q signa per bonos facta sunt de rebꝰ utilibꝰ. vt in curationibus infirmitatū et hmōi. Signa aūt per maleficas facta sunt de rebus nociuis vel vanis sicut q volāt in aere vel reddant membra hominum stupida et hmōi. Et hanc differentiam assignat beatus Petrus in itinerario Clementis. Tercia differentia est q̄ntū ad finem. q signa bonoꝝ ordinant ad edificationē fidei et bonoꝝ morum. Sed signa maloꝝ sunt in manifestum nocumentū fidei et honestatis. Etiam q̄tum ad modum operandi differūt. quia boni operantur mirabilia per invocationem diuini nominis pie et reuerenter. Sed malefici et mali quibusdam deliramentis et demonum invocationibus. Illud etiam non obstat q videlicet apostolus opera diaboli et antichristi nominat signa mendacia. quia tunc illa mirabilia que fiēt ab eo diuina permissione sunt vera et etiam falsa diuersis respectibus. Vera i illis que fiunt virtute demonis ad que eiꝰ virtus se extendere potest. Falsa quādo faciet ea ad que sua virtus se nō pꝛ

extenderet vt suscitare mortuos. illuminare cecos. quia in primo vbi facē attē tabit aut intrabit corpus defuncti aut illud amouebit̄ loco illius ip̄e in assumpto corpore ex aere se p̄sentabit. et sic in secundo p̄stigiosa arte visuz aufert. aut infirmitates alias ꝛ subito sanabit a lesione cessando. non qualitates interiores rectificando sicut in legēda Bartholomei ponitur. Possūt etiā ioia mirabilia opa antichristi ꝛ maleficaꝝ dici signa mendacia inquantū solummodo ad decipiendum fiunt iā ꝛ tunc operabitur antichristus. Hec thomas distin. vij. de virtute demonū in operando. Posset etiam hic adduci differentia miraculorum que ponit in compendio theologice veritatis. ꝛ inter mirum et miraculum. quia cum miraculum p̄prie quatuor requirat scilicet q̄ sit a deo. et q̄ sit p̄ter existēs tiam nature. contra cuius ordinem fit et tercio q̄ sit euidens. et quarto q̄ ad fidei corroborationez. quia ergo i operibus maleficarum primum ꝛ vltimū ad minus deficiunt. ideo mira opera non autem miracula dici possunt. Ea etiam ratione. quia ꝛ si aliquo modo miracula dici possunt: quia tamen q̄dam sunt supra naturam. quedam cōtra naturam. quedam p̄ter naturam Et supra naturam sunt illa in quibus non est simile in natura nec in ei⁹ potentia. vt virginem parere. Contra naturam vt que fiunt vsu contrario nature terminantur autez ad conforme nature. vt ceci illuminatio. Et p̄ter naturam: vt que fiunt ordini simile nature non tamen per principium nature. vt in mutatione virgarum inserpētes quod natura facere potuisset per longam putrefactionem p̄pter ratōnes seminales. sic etiam opera magorum dicentur mirabilia. Rem gestam narrare expedit et paululum eius declarationi insistere. Est oppidum in diocesi Argentinensi cuius nomen occultare ordo charitatis ꝛ honestatis postulat. In quo laborator quidam dum ligna ad comburendum dumtaxat in domo secaret. Cattus quidā nō parue quātitatis ip̄m molestare et importune se obijciendo nisus est. quem abiendo ecce alius maioris quantitatis simul cuz priori acrius ip̄m aggrediuntur quos iterum vbi repellere volebat. ecce tres pariter et iam versus vultum saliendo tāq̄ inter tibias morsibus lacerando ip̄m aggrediuntur. Perterritus inde et vt retulit maiori anxietate nunc̄q̄ perplexus signo crucis se muniendo et opus p̄termittendo per incisa ligna cattos infestos et modo ad faciem modo ad guttur denuo saltantes iam vnam ad caput iam alteram ad pedes aut super dorsum percutiendo vix abegit. Et ecce post horę spacium dum iterum suo operi insisteret duo famuli oppidi consuluz tanc̄q̄ malefactorem ipsum capientes ad p̄sentiam baliui seu iudicis ducere volebant qui iudex a longe ipsum aspiciens. Nec audientiam sibi p̄stare volens: imperat vt ad profundum cuiusdam turris seu carceris vbi plectendi includebantur ad mortem p̄ojiceretur. Eiulans ille et cur talia pateretur cum in nullo crimine se conscīū agnosceret per triduum custodib⁹ carceris querulose lamentabatur. Et hi quidem quanto p̄o audientia sibi p̄standa amplius instarent. Tanto acrius iudex ira seuiebat verbis contumeliosis afferens quomodo tantus malefactor adhuc reatū suū nō agnosceꝝ. aut quomodo se innocentē proclamaret cū euidētia facti ei⁹ flagicia horrenda demōstrarēt. Et cū hi nil p̄ficerent tū suasu alioꝝ consulū iudex inducť audiētiā sibi p̄stare būit. Eductus ita-

ꝫ de carcere cuꝫ ante iudicem staret et iudex ipm intueri renueret: pauper genubus alioꝝ circūsedentiū ꝓuolutus petijt vt causa' sue calamitatis sibi aperiretur: sicq; iudex in hec verba prorupit. Tu sceleſtiſſim⁹ hominū quo tua flagitia non recognoſcis. Ecce tali die ⁊ tali hora tres matronas ꝑcipuas huius ciuitatis vulneraſti vt in lectis decūbentis nec ſurgere aut mouere ſe valent. Refocillatus paup ⁊ de die ⁊ hora ac de euētu rei apud ſe ruminans: dixit. En diebus vite mee mulierem nunq; percuſſi aut verberaui: ⁊ q tali die ⁊ hora ſectioni ligꝝ inſteti teſtiū legittima ꝓductione ꝓbabo. Sed et vſi familiares ſequenti hora huic operi me inſiſtentē comparuerūt. Tūc iterum furibundus iudex. Ecce ait quo ſcelera ſua palliare nititur. Mulieres verbera deplangunt demonſtrauit ⁊ q eas ꝓcuſſerit publice teſtant. Tūc pauper amplius ſuper euentum rei ruminans. Illa inquit hora creaturas me ꝓcuſſiſſe recolo nō aūt mulieres. Attoniti circūſedentes ⁊ vt cuiuſmodi creaturas ꝓcuſſerit referari cupiūt. Tunc ille rem geſtam ⁊ ꝓut ſupra tactum eſt oibus ſtupentibus recitauit. Et intelligentes opus demonis fuiſſe pauperē ſolutum ⁊ illeſum abire ⁊ q negotium nulli reuelaret precipiūt. Sed nec a fidei zelatoribus qui ⁊ interfuerant euētus occultari potuit: ſuper quem modum aliqua differendo. An ne demones in aſſumptis ſic effigijs abſq; p̄ſentia maleficarum apparuerūt aut earū corporalis p̄ſentia preſtigioſo artificio in beſtiales illas formas tranſmutata fuerit. Reſpondendo cōcludere oportet: Q licet vtrūq; virtute demonum fieri poſſet: ipm tn ſcom factum fuiſſe amplius p̄ſumitur. Nam motū localem vbi demones in effigijs cattoꝝ laboratorē iuaſerūt etiā laboratoris ictꝰ ⁊ vbera cattis illata mulieribus in domo reſidentibus ſubito ⁊ per aerez inferre potuiſſe: ⁊ hoc ꝓpter pactum mutuo dudum initū nemo dubitat. Sic em ⁊ leſionem vel puncturam quaz inferre volunt ſciunt alicui imagini depicto vel fuſo vbi aliquez maleficiare volunt q nō illi imagini ꝫ illum quē presentare habet iuxta pūcturas ſup imagines factas ledunt. Varia ſup hunc modum geſta deduci poſſent. Nec valet inſtantia ſi quis obijceret illas mulieres ſic leſas fortaſſis fuiſſe innocentes eo q ⁊ per exempla tacta leſiones etiam innocentibus poſſe contingere patet. Dum aliquis ignoranter p imaginem artificialem a malefica leditur inſtantia non valet: quia aliud eſt a demone per maleficam ledi: ⁊ aliud per ipſum demonem abſq; malefica: quia demon per ſe in effigie animalis tunc verbera ſuſcipit quando alteri ſibi per pactum coniuncto infert. Et quando cum eius conſenſu ad talem apperitionem ſub tali forma et modo ſe ingeſſit Vnde ſic tanummodo noxios ⁊ ſibi per pactum coniunctos nocere poteſt et nullo modo innocentes. Per maleficas autem vbi demones ledere querunt tunc etiam innocentes permiſſione diuina in vltionem tanti criminis ſepe affligunt: verum q etiam demones per ſe interdum deo permittente et innocentes ledunt et dudum Job ſanctiſſimū leſerunt: ſed ibi nō fuerūt nec vſus fuit diacolus hmōi p̄ſtigioſis apparitionibus prout in tali facto ⁊ p tale fantaſma catti qō animal pfidorū eſt appropriatū ſignū: ſic canis p̄dicatoꝝ in ſcripturis. Dū ſemp mutuo ſibi inſidiant. Et ordo p̄dicatoꝝ ſub figura cattuli latrantis in primo fundatore aduerſus hereſes p̄mōſtratus fuit. Preſumit aūt q p ſcom modū maleficē ille tres laboratorē iuaſerūt: tū q pri

mus modus nō tm̄ eis placuisset tū. qz scōs eaz curiositati magis cōgruit. In quo etiā talis ordo circa tria fuatus fuit. Primo q ad demonū instantiā sollicitate sup hoc fuerūt z non demones ad instantiā maleficaz. Sic ei sepissime ex eaz fassionib⁹ reptum ē a nobis q ad instantiā demonū eas continue ad mala ppetranda infestantes plura habēt facere. Et verisimile q de se nō cogitassent pauꝑem molestare. Cā aūt quare demones ad hoc sollicitabant sine dubio extitit q qz bene noscuntvbi crimina manifesta impunita remanent amplius deus offenditur. si des catholica dehonestatur. z iparum numerus amplⁱ augmentat. Secundo. habito eaz consensu demones earum corpa localiter trāstulerūt ea facilitate quaz spūalis virtⁱ prestātioz corporali existit. Tercō q pstigiosa apparitione modo quo supra tactū est i formas illas bestiales cōuerse ipm laboratorē inuadere hūerunt. nec defense averberibus sicut vtiq; ea facilitate q̄ translate fuerant eas defendere potuisset. sed verberari z verberatorē manifestare pmiserunt. scientes illa flagicia per effeminatos viros nullū zelū fidei habentes remanere ob causas ptractas impunita. Alludit quod legitur de q̄dam sancto viro qui dum semel predicantem diabolum in forma sacerdotⁱ deuoti in ecclesia reppisset. et per spm ipm demonē agnouisset esse verba sua obseruauit. et an bene vel male ppm informaret attendebat. Et duz ipm irreprehensibilē z potius criminum obiurgatorem perpendisset. finito fmōe eo accersito dum causam super his q̄reret respondit. Ecce veritatez dico scies q dum auditores sint verbi et nō factores amplius deus offendit z lucrum meum augmentatur.

De modo quo demones per maleficarū operatōes homines interdū substantialiter inhabitant. Capit. x.

Via i precedenti capitulo tactū est qualiter demones etiā capita hominum aut alias partes corpis occupare z itrare z spēs interiores de loco ad locum mouere possunt. Dubitare q̄s posset. An ne ex toto hoies ad istātiā maleficaz obsidē possēt. z de diuersis modis obsidendi absq; maleficaz istātia. Vnde p hāc declaratiōe tria sunt declaranda. Primo de diuersis modis possidendi. Scōo q ad instantiaz maleficaz diuina permissione demones interdum oibus illis modis possident. Tercio acta et gesta sup ꝑ deducenda. Quo ad primum. secluso illo generali modo quo diabol⁹ hominez cum quolibet peccato mortali inhabitat. De quo modo sanctus tho. qōlib. iij. q. iij. sub dubio. An diabolus semper substantialiter inhabitat hominez quandocunq; peccat mortaliter. Causa dubitatōnis eius sit q cū spūs sctūs semper inhabitat hominem cum gra Juxta illud pmo. j. ad Coz. iij. Tēplum dei estis z spiritus dei habitat in vobis z gre opponitur culpa z oppositā hāt fieri circa idem. Vbi etiaz declarat q qz inhabitare hominē potest intelligi dupliciter. Vel ōtum ad animam vl quantum ad corpus. Et primo modo cum non est diabolo possibile inhabitare animam eo q solus deus mēti illabitur. Nec itez diabolus ita est causa culpe sicut spiritussanctus efficit in anima per se operādo. Ideo similitudo non valet. Quantum vero ad corpus dicere possumus q dupliciter diabolus potest inhabitare hominē. sic etiam dupliciter homines reperiūtur vel in peccato vel in gratia existentes.

Primo dicere oportet q̄ q; ex q̄libet peccato mortali hō seruituti diaboli addicitur inquantū diabolus inducz exterius suggessit peccatū. vel quantū ad sensum. vel q̄tum ad imaginatōnē Ideo dicitur inhabitare affectū hois. cū ad quemlibet motū tentatōnis mouetur sicut nauis in mari sine gubnatore. Potest etiā diabol⁹ hominē substantialiter ihabitare sicut p3 in arreticijs. Et q; hoc magis pertinet ad rōnem pene q̄ culpe vt patebit. Et pene corpales non sp consequūtur culpam sed q̄nq̄ peccantibus z non peccantibus inferuntur. Ideo z in gr̄a z ex gratiam existentes fm altitudinē incōphensibiliū iudicioz dei inhabitare substantialiter possunt. Et hic mod⁹ possidendi: licet non sit nr̄e speculatōis. ponitur tñ ne alicui impossibile videatur q̄ etiam dei pmissione hoies a demonibus ad instantiā maleficaz substantialiter interdū inhabitant. Possum⁹ ergo dicere q̄ sicut quinq̄ modis demones p se absq̄ maleficis homies tenere possidere possunt. ita z omnibus illis modis ad instantiā maleficarum cū extunc sicut ampli⁹ deus offendit. ita z maioz sentendi in hoies p maleficas demoni permittitur facultas. Et modi perfunctorie recitando hi sunt dempto eo q̄ vexant aliquando in bonis fortune exterioribus q̄ aliquando etiā aliquos in ꝑprijs ledunt tantum modo corpibus. Aliq̄ in corpib⁹ simil z in potentijs interioribus. Aliq̄ solū tentant intus z extra. Alios vsu rōnis ad tēpus priuant. Alios velut bestias irrationales reddunt. De singul' dicamus. Sed prius quinq̄ causas p pter quas deus permittit hoies possideri premittamus. q; hunc ordinē seruare materia postulat. Nam aliquando quis possidetur p maiori suo merito. Aliq̄ p alieno leui delicto. aliquā do p suo veniali peccato. aliq̄ p graui peccato alieno. aliq̄ p magno facinore ꝑprio. Et his oibus de causis nulli dubiū q̄n et deus ad instantiā maleficaz p demones etiā similia fieri interdum pmittat. z singula ex scripturis z non p noua gesta tantū probare expedit. cū sp noua p antiqua roborantur. Nam de primo patet in dialogo seueri beati Martini charissimi discipuli. vbi fertur quendā prēm sanctissime vite tanto dotatū in gr̄a expellēdi demones vt hi ne dum verbis ꝑprijs fugarē tur. sed etiā eiusdem patris epl'is z cilicio. z cū corā mundo pater esset celeberrim⁹ se tentari sensit vana gl'ia. cui vicio licet viriliter resisteret. tñ vt humiliaretur amplius totis pcordijs deum ꝑcabatur. quatenus q̄nq̄ mensibus a demone possideretur. quod z factū est Nā eū statim possessum vinculari optebat z ois applicare sibi demoniacis cōia. Finito aūt q̄nto mense prorsus z ab omni vana gloria z a demone liberatus est. Sed q̄ hac de causa q̄s p maleficiū alterius posset a demone possideri sicut factū fuisse non legitur. Ita nec ad pñs affirmatur: licet vt pmissuz est incomphensibilia sint dei iudicia De scō autez q̄ ex alieno leui delicto aliquis possidetur ponit exemplū beatus Gregorius de beato Eleutherio abbate viro simplicissimo qui cuz ꝑ monasterium virginum pernoctaret: et ignoranti ordinauerunt ad suaz cellam poni parvulum puerum q̄ omni nocte vexabatur a demone. Sed eadē nocte a demone liberatus est per p̄is p̄esentiaz. Hic cum rem didicisset gestam et puer iam positus esset in monasterio sancti viri. z transactis multis diebus paulo immoderate letus de liberatōne pueri ait ad confratres suos Diabolus sibi cum illis sororibus locabatur. Sed vbi ad seruos dei venit

puerum hunc accedere non ꝓsumpsit Et ecce statim diabolus puerum vexare cepit. Et per lachrymas et ieunia sanctiviri ⁊ confratrum difficulter sed eodem die liberatus fuit. Et quidem vbi ex alieno et leui delicto quis innocens possidetur. Non mirum si ꝓpter veniale ꝓpriū: aut ꝓpter graue alienum peccatum. aut etiam ꝓpter ꝓpriū facinus aliqui etiam ad maeficarum instantiā per demones possidentur. Nam et de ꝓprio veniali peccato patet per cassianum collᵒ. abba. sereni prima. dicentem de Moyse Moyses inquit in heremo cum singularis et incōparabilis vir esset ob reprehensionem vnius sermonis quem cōtra abbatem macharium disputans: paulo durius protulit quadaz scilicet opinione preuentus diro confesti tra ditus est demoni vt humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret. Quod flagellum purgationis gratia domiⁿ intulisse videtur. ne. s. in eo vel momento nei delicti macula resideret patuit ex miraculosa curatione. Nam continuo abbate Machario in oratione submissa citius nequā spiritus abeo fugatus abscessit. Simile videtur huic quod gregorius primo dialogo. refert de monīali que lactucam comedit non prius signo crucis se muniens et per beatum Equitium prēm liberata. De quarto etiam videlicet ꝓ alieno graui peccato aliquez possideri ibidem refert beatus gregorius de beato Fortunato episcopo. qui dum diabolum ab obsesso homine ꝓpulisset. sero idem demon in specie peregrini p plateas ciuitatis clamare cepit. O virum sanctum Fortunatum episcopū. Ecce de hospicio me peregrinum ꝓiecit nec vbi quiescam inuenio. Tunc quidam cū vxore sua et filio sedens peregrinum inuitauit suum ad hospitium et querendo causam expulsionis ē ꝑ uisus super derogatōne sanctiviri quā a peregrino ficte audiuit. Exinde autē diabolus puer ꝓ inuasit ⁊ prunis iniecit ac animā eius excussit. Sicq; pr̄ miser primū quē recepisset hospitio intellexit. Et de quinta cā ꝓpij facinoris et magni cōiter tam in sacra scriptura q̄ in sanctoꝝ passionalibⁿ legimus. Naz et sic legimⁿ primi Reg. xv. de saul rege israel q̄ inobediens deo possessus est a dyabolo. Que omniavt diximus tacta sunt ne impossibile cuiquam videatur si ob facinorum maleficarum vt aliqui etiam ad earum instantiam possideantur. Super quo vt diuersos modos possidendi itelligere valeamⁿ. quo ad scōm rem gestam in mediū p ducamus. Tempore siquidez Pij pape secundi ante iniunctum inquisitionis officium vni e duobus inquisitoribus hunc tractatum conficientibⁿ tal' accidit casus. Bohemus quidam de dachouo oppido filium vnicum ⁊ sacerdotem secularem ob liberationis gratiam quia obsessus erat romam vsq; perduxit. A casu aūt dum egovnus ex inquisitoribus hospitium refectionis gratia intrassem contigit vt tanq; cōmensalis idem sacerdos cum patre ad tabulam pariter mecum cōsederēt Conuescentes aūt ⁊ mutuo vt moris forensium est conferentes. Idem pater pluries suspirans. Et q̄ prosperuz iter compleuisset a deo omnipotenti optabat. cui ex intimis compatiendo. quenam sui itineris et causa tristitie esset inquirere cepi. Tunc ille filio audiēte qui et mihi collateralis in mensa erat respondit. Heu filium habeo a demone obsessum quem ob liberatōnis gratiam magnis laboribus et impensis hucusq; perduxi. Et ego. Vbi nam filius esset dum inquirerem q̄ mihi collateralis esset indicauit. Itterritⁿ ego

paululū ꝛ diligenter ipm intuēs q̄ cuꝫ tanta modestia cibū sumeret ꝛ ad q̄ꝫ interrogata pie rñderet. Hesitare aio cepit ꝛ q̄ obsessus nō esset ꝓ infirmitatē cā sibi aliquid accidisse obiecit. tūc filius rem gestam p se narrans ꝛ qualiter q̄ntoꝫ tempore obsessus fuisset idicauit. Mulier inquit quedam maleficabanc mihi infirmitatē contulit. bzigāti em̄ cōtra eam rōne cuiusdā displicētie circa regimen curie cū eā duri⁹ increpassem q̄ ceruicioseuolūtatis erat dixit. q̄ post paucos dies habere intendere his q̄ mihi contingerent. Sed et demon in me habitans hoc idem refert q̄ maleficiū sub quadā arbore positū sit a malefica. qō nisi amoueat nō potero liberari: ꝓ nec arbore vult indicare. At ego nec minimā suis dictis fidem adhibuissem nisi expientia me p tinus edocuisset. Nam interrogatus a me de interuallo tpis vt preter consuetum modum obsessoꝫ tante sue rōnis esset capacitatis. Respondit. vsu rationis tantūmodo priuoꝫ qñ diuinis aut vacare aut sacra loca visitare voluero. Precipue aūt demon ex suis verbis p me prolatis dixit. Q̄ sic maiorez displicentiā hacten⁹ in sermonib⁹ ad populū sibi feciſſem: ita vt nūc nullo mō me predicare sineret. grosus em̄ ex relatu patris predicatoꝫ extitit et omnibus amabilis. At ego inquisitoꝫ cum de singulis certificari volebā. per q̄ndenam ꝛ vltra ad varia sctōꝝ limia ipꝫ deducere decreui. Precipue aūt ad ecclesiam sancte Praxedis virgis vbi ps statue marmoꝛee. cui in sua flagellatione saluatoꝛ noster alligatus fuerat et ad locum in quo petrus apostol⁹ crucifixus fuerat. in quibus locis horribiles eiulatus dum exorcizabatur emittebat. iam asserens se velle exire. post paululum vero minime. Et vt pmissū ꝛ in omnibus moꝛbus mansit sacerdos compositus ꝛ sine omni nota nisi dum exorcismi incipiebantur. ꝛ ill' finitis dum stola de collo amouebatur ex tunc iterum nec minimū irrationalem aut inhonestum motum demonstrabat. Hoc dempto dum ecclesiam aliquam pertranseundo genua pro salutatione virginis glorioſe flectebat. Tunc diabolus eius linguam in longum extra os suum emittebat. Et interrogatus. An non ab illo se posset cōtinere. Respondit. Hoc facere mīme valeo sic em̄ vtit oibus membris ꝛ organis collo lingua pulmone ad loq̄ndum vel eiulandū dum ei placet. Q̄ audio quidē verba q̄ sic p me ꝛ ex mēbris meis loquitur. ꝓ resistē omnino non valeo ꝛ q̄nto deuoti⁹ oꝛōni aliqua insistere affectarē tanto acrius me impugnat linguā emittendo. Et q̄m̄ columna in ecclesia sctī petri ex templo salomonis circūferrata existit. p cuius vtutē plures licet a demonib⁹ obsessi liberātur. eo q̄ ꝛ xps predicādo in templo illi se appodiasset. hic tñ occulto dei iudicio liberari nō potuit. Alium modū p sua liberatione sibi disponēdo. licet em̄ per integrū diem ꝛ noctez circa colūnā inclusus mansisset tamē sequenti die post varios exorcismos super eū plectos dū circūstaret popul⁹ ꝛ magn⁹ fieret concursus. Et interrogatus in q̄ pte columne se xps appodiasset. tunc dentibus mordēdo colūnam locū demonstrabat. eiulans. Hic stetit hic stetit. Vltimatim tamen dixit. nolo exire. Et cuꝫ interrogaretur. qua de causa. Respondit ꝓpter lōbardos. Et interrogatus denuo. Cur ꝓpter lōbardos egredi nollet. Tunc rñdit in italica lingua cum tamen infirmus sacerdos illō ideoma ignoraret di. Dēs faciunt sic ꝛ sic. nominando pessimum viciū luxurie. At sacerdos post ħ me terrogādo dixit. pater. q̄d sibi volūt ħ

verba italica quē ex ore meo protulit. Cui cū indicassem: rñdit. Verba q̄dez audiui sed intelligere non potui. Et q; vt rei ꝓbauit euentus hoc demoniuz erat de genere illo de quo saluator in euangelio. Hoc genus demonioꝝ nō ejcit nisi in oratione et ieiunio. Ideo quidam venerabilis episcopus p turcos vt ferk a sede expulsus pie illi cōpatiens per totū quadragesimale tps in pane t aqua ieiunijs t orōnibus et exorcismis quotidie insistens ipm per dei gratiā tandem liberauit t ad ꝓpria cū gaudio remisit. Sup quo licet sine miraculo nullus in hac vita possit sufficienter disserere q̄bus t quot modis demon boies possideat vel etiā ledat. Possum⁹ tñ dicere q̄ q̄nq; modis dēpto eo q̄ in rebus fortune exteriorib⁹ aliq̄n tm ledunt. Nam aliqui in ꝓprijs tm̄mō vexank corpibus: aliqui in corpore simul t in potentijs interioribus aliqui in potentijs tm̄modo interioribus: aliq̄ castigatione eoꝝ ad tempus tm̄mō vsu rōnis ꝑuank. Aliqui vo velut bestie irrōnales reddunk. Prefatū sacerdotē quarto modo possessum fuisse declarak. Nā nec in rebus fortune nec in ꝓprio vexatus corpe fuit prout contigit beato Job vbi deus demonē licentiasse manifeste scripturā sup hoc tradit dicens ad sathan. Ecce vniuersa que habet in manu tua sunt tm̄ in eum ne extendas manū tuā t hoc in res exteriores. In corpus vo postmodū ait Ecce in manu tua est verūtamen aiam eius serua. i. vitam eius ne auferas Potest etiā dici q̄ tercio modo scilicet in potentijs anime interioribus simul t corpe vexat⁹ fuit: cū dicebat vt Job .vij. habek. Ad dñm si dixero cōsolabit me lectul⁹ me⁹ t relevabor loquēs mecum in stratu meo: terrebis me per somnia t per visiones horrore concutiens demone scz ꝓcurāte sm Nicolaū de lira. t sm Tho. Terrebis me p somnia q̄ scz dormienti apparent: t p visiones q̄ scz apparent vigilanti ab vsu exterioꝝ sensu ū alienato. solent em̄ fantasmata informata diurnis cogitationibus esse in terrorem dormientiū. Et hec operabank in eo ex infirmitate corporis. Nñ sic consolatōe vndiq; seclusa nil remedij videbak Job euadendi tot angustias nisi per mortē horrore inq̄t concuties. Quib⁹ modis t malefice homines ledere p demones nemo dubitat ꝓut t in sequentibus patebit qualiter p grādines in rebus fortunē t in corpa animaliū t hoim lesiones inferunt. Et tercius etiā modus ledendi est in corpe t in interioribus potentijs absq; ꝓuatione vsus rationis. Patet ex eaꝝ opationibus vbi vt supra tactū est adeo mentes hominuz ad illicitas affectiones incendunt q̄ necessario etiam nocturno tempe ad amasias p longa terrarū spacia currere habent: fisco carnalis amoris nimis illaqueati. Poteſt adduci t illō q̄ in bassia oppido margburck contigisse dicit de quodā obsesso etiā sacerdote dū in exorcismis demon interrogarek: quanto tempe sacerdotem inhabitasset. Rñdisse fertur septem annis. Et cū exorcista objceret Cum vix per tres menses eum vexasti reliquo tempe vbi eras. Rñdit. In corpore suo me occultabam. Et ille. In q̄ parte corporis vbi inquirebat: rñdit: vt plurimū in capite. Et denuo vbi nam fuisset quando diuina celebrasset t sacramentū sumpsisset requisitus: dixit Sub lingua eius me occultaui. Et ille Miser: qua temeritate ad p̄sentiā creatoris tui non aufugisti. Tunc demon. Nunquid sub ponte se nequā occultare potest donec desuper vir sanctus p tranſibit: dummodo gressus non fixerit: diuina tamen cooperante gratia liberatus fuit. sīue verū sīue ficticium p

tulerit cum mendax sit ⁊ pater eius.
Quartus modus applicat ad ꝓbatuz possessum rome liberatuz sub hac declaratione q̄ demō possit illabi corpori licet non anime cum hoc soli deo sit possibile. Illabi etiā corpi non tamen infra terminos essentie corpis: hoc inquā declarando habeat modus quo demones substantialiter interduz homines inhabitant: ⁊ ad tempus tantummodo vsu rationis priuant. Et q̄dem hoc sic declarat. Nā dicere possum⁹ q̄ corpus habet terminos duplicis rationis: scz quātitatis ⁊ essentie. Uñ quādo angelus q̄cunq̄ bonus vel malus opatur infra terminos corpis: operat infra terminos corpalis quātitatis. Et sic etiā illabit corpi operādo circa potentias quātitatiuas: sic etiā boni angeli etiā imaginarias in bonis visiōes operant. Nunq̄ aūt dicunt illabi essentie corpis: q; nō possunt illabi vt pars neq̄ sicut virtus. Non sic pars q; alia ⁊ alia est essentia vtrobiq̄. Nō sic virtus quasi dans esse: q; suū esse habet p creationē a deo. Uñ ⁊ ipe solus habet intrinsecā essentie operationem ⁊ cōseruationē q̄diu placituz fuerit sue pietati conseruando. Uñ concludit q̄ alie omnes pfectiones seu defectus loquendo de bonis quo ad pfectōes: de malis quo ad defactus quando opantur si operant circa corpus ⁊ ptes ei⁹ vt circa caput illabunt tali corpi sup terminos videlicet q̄titatis ⁊ quātitatiuas potentias. Si vo circa animā tūc iterū vteriq̄ extrinsece operat: sed modis diuersis. Et dicunt operari circa animā fantasmata illa seu spēs intellectui repsentando: ⁊ non solū ad iudicium sensus cōmunis ⁊ sensuū exteriorū. Ex q̄b⁹ opatōib⁹ sequūt tētatōes a mal' angel' ⁊ affectiōes ⁊ cogitatiōes male p indirectum operando versus intellectum. A bonis autem angelis sequunt illustratōes fantasmatū ad cognoscendū reuelanda ab eis: vñ ⁊ talis diuersitas ē q̄ boni angeli etiā directe possunt imprimere in intellectum fantasmota illustrando. Mali aūt neq̄ illustrare dicunt fantasmata: ꝫ potiꝰ obfuscare. Item nec directe imprimere possunt: ꝫ tm̄modo indirecte inquātū intelligentē necesse est fantasmata speculari. Per hec tamē etiā angelus bonus nō dicit illabi anime: licet eā illuminet. Sicut nec dicit supior angelus illabi in inferiorē: licet eum illuminet ꝫ tm̄modo extrinsece operat ⁊ coopat modo q̄ dictū est: vñ multomin⁹ malꝰ illabi potest. Et per hūc modū demō sacerdoti corpus in tribus occupauit. Primo q̄ sic illabi suo corpori potuit infra videlicet terminos corpalis q̄ntitatis: ita caput suū occupauit substantialiter illud inhabitando. Scōo q̄ sicut circa animā eius extrinsece opari potuit obfuscando intellectū vt rationis vsum perderet. Ita etiā potuit vt sine intermissione vel etiā interpellanti euz quo ad amissionē rationis vexaret. Licet etiam dici potest q̄ ex dono dei hoc habuerit sacerdos vt non sine intermissione a demone vexaret. Tercio q̄ licet oibus membris ⁊ organis ad loquendū ⁊ voces ad formandū pri uaretur: semper tamen ad verba: licet non ad sententiā verboꝝ aduertentiaz habuit: qui modus obsidēdi plurimū ab alijs obsidendi modis differt: cū cōmuniter obsessi legunt sine intermissione a demonibus affligi: vt patet in euā gelio tam de lunatico cuius pater dixerat ad iesum. Domine miserere filio meo quia lunaticus est ⁊ male patitur Math̄. xvij. ꝫ etiam de muliere illa quam sathanas alligauerat .xviij. annis ⁊ erat inclinata nec omnino poterat sursum aspicere. Luce. xiij. Quibꝰ etiam modis indubie demones diui-

na permissione ad instantiam maleficarum vexare possunt.

De modo quo omne genus infirmitatis inferre possunt. Et hoc in generali de grauioꝛib⁹.

Capitulum. xj.

Sed et hoc q⁹ nō sit aliqua infirmitas coꝛporalis que a maleficis deo pmittente inferri non possit. Etiam si ad lepram vel epilensiam se extendere habeat. Probari potest per hoc q̄ doctoꝛes nullum genus infirmitatis excipitur. Nam si diligenter ea que superius tacta sunt tam de virtute demonuꝫ q̄ ad maliciam maleficarum considerāt̄ nullam patitur hoc difficultatez. Nam ꝛ nider tam in suo preceptoꝛio q̄ etiam fornicario vbi querit. An malefici possint veraciter suis maleficijs homines ledere. Et ē questio absq̄ exceptione alicuius infirmitatis etiam q̄tumcunq̄ incurabilis. Et vbi respōdit q̄ sic: querit consequenter quibus modis ꝛ quibus rebus. Et quo ad pr̄imū respondit vt supra ex pr̄ima questione pr̄ime partis tractatus patuit'. Probat̄ etiā per Jsidoꝛ describentis maleficarū operationes. viij. ethi. c. ix. Malefici dicuntur ob facinoꝛ magnitudinem: hi em̄ elementa concutiūt scilicet opere demonum ad tempestates concitandas: mentes hominum turbant' modis videlicet supra tactis vsuꝫ rationis vel omnino impediendo: aut grauiter obfuscando subdit: ꝛ absq̄ vllo veneni haustu violentia tantum carminis animas interimunt vitam videlicet auferendo. Probatur etiam p̄ sāctum Thomam in. ij. senten. circa di. viij. ꝛ. viij. Et in. iiij. disti. xxxiij. Et cōmuniter per omnes theologos ibidez scribentes q̄ malefici omnibus modis possunt p̄curare lesiones in hominibus ꝛ eoꝛ rebus cooperante demone in q̄bus demō potest solū ledere vl̄ decipere videlicet in rebus fama coꝛpore vsus rationis ꝛ in vita: vult dicere q̄ in illis in quib⁹ demō per se absq̄ malefica possit ledere: possit etiā cum malefica: immo ampliori facilitate p̄pter maioꝛem diuine maiestatis offensionem vt supra tactum est. De rebus nā q̄ patet Job. j. ꝛ. ij. vt supra patuit. De fama patet in legenda beati Hieronymi vt refert Jo. an. in hieroniniano q̄ diabolus se transformauit in formam sancti Siluani episcopi in nazareth amatoꝛis Hieronymi. Qui demō p̄mo feminā nobilē noctei lecto p̄care vl̄ p̄uocare cepit ad luxuriam verbis: ꝛ deinde factis sollicitauit ad malum: que cuꝫ clamaret demon sub specie sancti episcopi sub lecto femine se abscondit vbi requisitus et inuētus per luxuriosa verba se mentitus est esse episcopuꝫ siluanum. In crastinum igitur sanct⁹ vir disparente diabolo diffamatus est grauissime. Que infamia tandem circa sepulcrum sancti Hieronymi fatente diabolo in obsesso coꝛpore purgata est. De coꝛpore patet i beato Job qui percussus fuit a demone vlcere pessimo quod exponitur de lepra. Refert etiam Sigibertus et Vincen. in spe. histo. li. xxv. c. xxxvij. q̄ tempoꝛe Ludouici secundi imperatoꝛis in parrochia magnntina quidam demon p̄mo sepe lapides iecit ꝛ q̄si mallio ad domos percussit. Et deinde publice loquendo furta p̄dendo ꝛ discoꝛdias seminando plures inquietauit. Deinde omnes contra vnum irritauit cui⁹ hospitium vbicunq̄ manebat incendit. Et ob illi⁹ p̄cā omnes pati affirmauit. Vnde tandez tm̄ agros p̄ hospitio habere potuit p̄ter quod cuꝫ p̄sbiteri letanias celebrarēt m̄tos iactib⁹ lapidū

